Inter istos duos polos quasi inter duas mundi extremitates spera celi vo'uitur et mouetur et cum ipsius motu stelle in eo site ab oriente in occidentem et iterum ab occidente in orientem motu diurno et nocturno et. xxiiij horarum spacio circũferuntur. Tanta autem celeritate spera celi circumcreatur nisi aduersum eius precipitem cursum planete occurrerent et eius impetum moderarent machina mundi dissolueretur et ideo ꝑm Alpetraganum septem orbes planetarum sunt sub spera mutuo se intersecãtes per q̃s planete motu consono incedẽtes raptui firmamenti obuiãt et eẽ eius velocitate nr reprimunt et retardant volutur autem tota spere moles obliq̃ circa mediumscilicet circa axem Est autem axis quedam linea intellectualis que recte per mediam pilaꝫ spere tendens in duos polos se extendit circa quam celi ambitus quasi rota circa axem circulariter se resolut. Cardines autem celi sũt extreme partes axis que infiguntur ipsis polis Et sunt cardines dicti quia sicut cardo hostij in poloꝝ concauitatibus resoluuntur et sunt isti cardines cõtrarii recursu scilicet circumflexi vt dicit ysidorus Spere vero celestis medietas dicitur emisperium scilicet parsque a nobis totaliter videt. sed ob defectũ visus terre coniũgi putatur vnde et circulus vbi finitur orion idest visus terminatio nuncupatur vt dicit ysidorus Recolligę igitur breuiter ex predictis. qõ spera celi est luminosa substancia luminis pleną ad centrum suum idest plena ad terrã diffusiua cuius circumferencia est a centro terre remotissima Et ideo illa que in celo sunt maxima nobis propter summam distanciam videntur esse minima. omnium inferiorum est contentiua omnium inferiorum est ordinatiua informatiua generacõnis et vegetacionis effectiua sibi contrariorum captiua et attractiua. Nam motus sui violencia planetas sibi obuiantes pr se trahit. ꝑm armoniamest processiua Nam sicut dicit Aristotiles. in libro de proprietatibus elementoꝝ ex ordinato spere motu et contrario planetarum occursu. gignitur in orbe stridor idest armonia vnde Macrob in pisu et motu ipsorum orbium efficitur sonus ille et actis cum grauib' temperatis efficit concentus varios et diuersos. sed ꝓter nostri auditus defectum et illius soni excessum armonia illa a nobis non auditur sicut moueri solẽ videre non possumus quamuis citissime moueatur Nam radiorum claritate acies visus nostri superatur.

De circulis celi.

Circuli celi sũt plures q̃ duo sũt visibiles scz galaxias zodiacꝰ Alij sunt inuisibiles scz circul' eq̃noctialis diuidens duo emispia.

tangens

tangens zodiacum in ariete et in libra. Illius est circulus solsticialis estiualis eo q̄ sole in eo existēte fit solsticium estuale. Ille circulus tangit zodiacum in cancro et est quasi cōuūctio nostri habitabilis et torride zone. Illius est paralell⁹ siue circulus septētrionalis siue arthicus et est q̄ diuino nostri habitabilis et frigidi habitabilis. Circulus vero qui est ex pte tor ride zone et alterius habitabilis zodiacum tangit in capricorno et dicitur iste circulus solsticialis hyemalis. eo q̄ sole existente in eo. fit solsticiū hyemale. Illius est paralellus siue circulus antharticus seu australis veritas austrum et apponitur artico paralello. Dicuntur autem hij circuli paralelli, quasi circuli eque distantes a pari q̄ est iusta et vere q̄ est distans equaliter eēs distant ab inuicem paralelli. Sunt preter hec duo circuli q̄ dicuntur coluri. Colurus septentrionalis qui incipit a polo septētrionali per cancrum et capricornum circulariter procedēs iterum redit ad sū principium. Illius est colurus australis. per libram in arietem similiter redit ad suum punctum et dicuntur coluri quasi colla tauri a cauda bouis siluestris qui erigens caudam circulū facit imperfectum et dicuntur coluri quasi circuli imperfecti. Decimus circulus est orizon. idest finitōs visus q̄a circulo illo celum et terram videntur pariter copulare. Est etiam circulus meridianus designans illam partem zodiaci in qua sol videtur equaliter distare inter orientem et occidentem et isti duo vltimi circuli non sunt in spera. quia secōm diuersos situs et aspectus variantur diuersiq̄ vsus.

De galaxia siue lacteo circulo.

Galaxias est circulus celestis. ceteris circulis celi pulchrior et candidior incedens per medium celi incipiens ab oriente vsq̄ ad septentrionem per cancrum et capricornum procedens iterum ad punctum suum. Dicitur autem lacteus circulus. quia inter oēs circulos celestes notabiliorem habet claritatem vnde et de nocte nauigantes eū tenebrās dirigit et deducit. Quanto autem aura nocturna est serenior et frigidior tanto incessus galaxie est manifestior. Secōm autem opinionem vulgi. galaxias dicitur vestigium solis. q̄ post se relinquit sol quādo currit in illo circulo. Sz aristo. hoc dicit esse falsum. q̄a si esset galaxias ex impressione transitus solis. oporteret q̄ hec impressio esset in signis in quibus currit sol cum alijs stellis mobilibus. et hoc videmus esse falsum. quia transcēdit terminos zodiaci vbi sol nullatenus appropinquat. sicut dicitur in libro methorū. Ideo anax. et democrit⁹ dixerunt galaxiā eē ex reflexione luminis ad aerez sicut in speculo. sed hoc est falsum vt dicit aristo. ibidem quia si hoc esset permutaretur. sicut enim est permutatio luminis. Hoc autem est falsum quia videmus galaxiam semper

per in eodem loco nec recedit ab eo Dicit ergo aristoti. sic. Ignis propin quus orbi est inflammat⁹ et lucidus et in locis vbi videtur galaxias sūt stelle multe parue et luminose et in illis relucet fulgor ille. et ideo apparz lo cus ille magis radiosus nec recedit ab vno loco orbis Huc vsqz aristo. in libro primo metheorum ca. ij.

De zodiaco.

Odiacus est circulus obliqu⁹ in xij. ptes distinctus equales. que xij. signa a pbis sunt vocata nobis autem signant in qua pte celi sol et planete immorent̄ Sunt igit̄ xij. signa. xij. spacia equalr di stincta et stellis notabilib⁹ ab astrologis denotata. vnuz aūt q̄libz signū in. xxx. diuidit̄ gradus. et gradus in lx. diuidit̄ minuta et minūtū in lx. scri pula. ita q. lx. scripula minutum vnū faciunt. lx. minuta gradum vnum et xxx. gradus signum vnū Signa aūt ista sunt ꝓpr̄ijs nois⁹ appellata sicut aries et taurus et sic de alijs Et vocāt̄ animalia. nō q̄ alialia sunt in celo collocata sed quia in suis effectibus animalium taliū ꝓprietates aliq̄s re presentant vt post dicetur Inter ista autē xij. signa q̄tuor sūt cardinalia sm ysido. scz cancer in sūmo capricornus in ymo aries et libra in medio Prima duo dicūtur solsticiaria. q̄ in cācro existens sol. vlterius ad nos non accedit. in capricorno remot⁹ nō recedit In ꝑmo facit longissimos di es et breues noctes in secūdo contra In alijs vero duob⁹ fit eq̄noctiū in ariete fit vernale. in libra vero fit equinoctiū autūpnale et tūc vtroq; tpe dies noctibus sunt eq̄les. In istis etiā signis tria sunt ignea scz aries leo sagittarius. tria vero sūt terrea scz taurus. virgo. capricornus. et tria sūt aerea scz gemini. libra. aquarius. et tria aq̄tica scz scorpio. cancer. pisces. Et inter ista que sunt ignea aerea sunt calida et masculina ⁊ diurna Que vero sunt aquatica et terrea sunt frigida et feminina et nocturna. Inter ista etiam sunt quatuor mobilia scz quatuor cardinalia scz aries. cācer. libra. capricornus. quia in eis mutatur tempus Et quatuor sunt fixa. in q̄ bus agitur ipsum tempus scz taurus leo. scorpius. aquarius. et quatuor sunt communia in quibus ipsa cōmiscentur scz gemini. virgo. sagittari⁹. pisces. Et dicuntur ista signa domus. quia domicilia sunt et habitacula planetarum. et ex hijs domibus quedam dicuntur domus triplicitatis. quedam exaltacōnis Nam illa signa que concordant in vna natura fac iunt triplicitatem. et eodem nomine nuncupantur et sic in quatuor partiū bus celi ordinantur Nā in oriente sunt ignea. aries. leo sagittarius. Ter rea sunt taurus. virgo. capricorn⁹ in austro Aerea sunt gemini. libra. et aquarius in occidēte Aquea sunt cancer. pisces. scorpio. in septentrione. Et inter istas triplicitatis dom⁹ fortiores sūt in suis effectibus orientales occidentalib⁹ ⁊ septēntionales australib⁹ qz in eis nobiliores placēte dīant

Nam

Nam triplicitas orientalis que est prima habet solem. de die et luna de nocte et saturnus principiat cui eis die et nocte. Triplicitas igit occidetalis habet saturnum mercuriu et iouem. Triplicitas sep. trionalis habz venerem. luna et martem. Australis vero hec saturnu. mercuriu et iouem Dicuntur insup signa domus exaltacoum. quia planete prout magis l' minus exaltat in signop gradibus pfecte et virtuosius operant. Nam sol habet virtutem sua et exaltacoem in. xviij. gradibus arietis. et casum in eode gradu libre Mer' habet gloria suaz in piscib'. xxviij. gra. et casu suie tristicia suam in simili casu signi oppositi scz virginis. Mercur' gradibus totide Luna erigit in tauro trib' gradibus et totide cadit in scorpione Saturnus erigit in tauro. xxi. gradibus et cadit totidem in ariete Mars erigit in capricorno gradib' xxviij. et cadit totide in cancro. Jupiter erigitur in caput draconis erigit in geminis gradibus trib' q cadit totide in sagittario Cauda erigitur in sagittario trib' gradib' et cadit in geminis. Preter ista vniq signu dividitur in tres partes que facies nuncupantur quarum inicium est a primo gradu arietis et durat usq ad. x. secunda durat usq ad. xx. tercia durat usq ad. xxx. prima facies arietis datur marti. secunda soli tercia veneri prima facies tauri est mercurij scda lune tercia saturni prima geminop est iouis secuda mercurij tercia solis prima cancri est veneris secuda mercurij. tercia lune prima facies leonis est saturni. secunda iouis. tercia martis prima virginis est solis. secuda veneris tercia mercurij pria libre est lune secuda saturni. tercia iouis prima scorpionis est martis. secunda solis tercia veneris prima sagittarij est mercurij secunda lune. tercia saturni prima capricorni est iouis. secuda martis tercia solis. prima aquarij est veneris. secunda mercurij. tercia lune. prima pisciu est saturni. secunda iouis. tercia martis Planeta igitur existens in domo pria habet quinq fortitudines in gradu exaltacois habet quatuor. in domo triplicitatis habet tres in facie vna aut duas. et que magis habundat inter planetas numero magis prevalet in fortitudine et quilibet planeta fortior est in domo pria q aliena et ex fortitudine signi in quo est fortificatur et ex debilitate debilitat. sicut fortis vir fortior est in equo forti q in debili. et ideo astrologi iudicia suis vt dic Mesael. considerat domos ascendentes. idest ascensum signop et planetarum dignitates vt pm eorum principatus et dnm in domibus angularibus vel ascendentibus angulis vel angulis cadentib' conciat et iudicent de futuris. Dicunt autem quedam signa dom' angulares sicut signa cardinalia de quib' supra sicut cancer libra. capricorn' et aries. Quedam dicuntur domus succedentes angulis scz taur' qui succedit arieti. et leo q cancro. et scorpius qui libre. et aquarius qui succedit capricorno. Quedam vero dicunt domus cadentes ab agulis scz gemini. virgo sagitarius

pisces

piscis vt patet in figura inisab Pcõm istorum signoꝝ ortus et occas' oꝝ positiones.coniunctõnes et aspectus diuersa et otraria accidunt in hoc mundo Nam sicut dicit idem auctor ista que sunt vi nature et generãtur ſõ forti signo masculino ascendẽte ⁊ forti planeta bono cum bono aspectu in ipso ascendẽte existẽte fortis et bone dispositõis in suo genere et cõtrario Dom' itaq; ãguli prima domus ẽ orientalis scz signum arietis. Domus vero celi siue septẽtrionis est cancer.angulus vero occidẽtal' est libra.et ãgulus terre ẽ capricorn' Hec signa quatuor angularia maxime sunt virtutis et orientale plus q̃ occidẽtale.et septentrionale plus q̃ australe.vnde angul' terre est trib' alijs minus fortis sicut idẽ dicit auctor Domus succedẽtes sunt mediocris effect' et virtutis scz signũ ab ariete scdm idest taurus.et signum.iij.v.vij.xj.Et inter hec signa siue domos.o dauũ signuꝫ peioris est operationis et significacõis et ideo vocatur ab astrologis domus mortis Reliqua aũt signa dicunt domus cadentes scz viij.v.vij.ix.et.xij sunt eciaꝫ debilioris effect' et peioris significationis et maxime.v.et.xij Et huius ratio est vt dicit auctor.quia in secta domor' signo dominatur marꝫ.et ideo vocatur dom' infirmitatis et debilitatis omnium rerum.et in illo signo est gaudiũ martis.et in.xij.est saturni gaudium .et ideo vocatur dom' inimicicie tristicie et laboris Signa etiam sitie domus dicũtur mutuo se aspicere et sunt tres aspectus principales scz licet sextilis.tercius et quartus aspectus .Sextil' dicitur quando aliquis planeta in aliquo signo ascendẽte aspicit tercium añ et tercium post se.Et ꝟ est a tercio in vndecimũ verbi gracia Et aliquis planeta fuerit in inicio arietis.aspicit eum qui est in capite geminoꝝ ante se.et eum qui est in inicio aquarij post se.qõ est signũ vndecimũ Et hic vocatur sextilis.eo ꝙ teneat quartam partem celi scilicet gradus lx.et talis aspectus est laudabilis bonus et fortũatus.Est etiã signũ domus dilectionis medie fm astrologos vt dicit auctor suprad'ictus .tert' aspectus fit a quinto signo et nono .verbi gracia planeta qui fuit in inicio arietis . aspicit eum qui fuerit in leone ante se et eum qui fuerit in sagittario post se qõ est signum nonũ et dicur tercius quia continꝫ terciam ptẽ celi scz xx gradus et hic aspectus est optimus.quia est in signo perfecte amicicie vt dicit auctor.quart' aspectus est a quarto signo et decimo verbi gracia Planeta qui fuerit in in inicio arietis aspicit illum qui est in capite cancri ante se et eum qui est in capite capricorni post se qõ est signuꝫ decimũ. Et hic aspectus dicitur quartus .quia partem quartã celi continet.i.xc.gradus et hic aspect' est malus quia in illo signo ire et inuidie et imperfecte vt dicit auctor.preoꝛ dius Coniuctio vero et oppositio non sunt aspectus.qu anoꝝ cõ dicuntur aspect' abusiue.quandoꝝ vero propter signũ recipit septem .vt aries libram Dicitur aspectus oppositus et est pessimus.quia signum est perfecte

inimicicie.

inimicicie et pessima pretendit maxime si aspectus fuerit martis et saturni sicut solis. Quando vero planeta conuenit cum planeta eodem signo ascendente vel in signo sibi coniuncto ante vel retro tunc dicitur coniunctio et hec potest esse bona si planete fuerint boni et econuerso mala si fuerint mali sicut dicit auctor et hec oia patet in figura quā ponit auctor.

De signo arietis:

Duras autem singulorum signorum per ordinem recolligamus et signo arietis exordium sumētes. Aries igit est orientale signum sic dictum. quia sicut aries in iacendo super latus vnum. equaliter mutat vices sic sol existens in illa parte zodiaci que aries dicitur facit equinoctium et equales facit dies artificiales atq; noctes Et sicut dicit Mesael. aries est signū igneum masculinum diurnū. instabile. domus martis. in. ix. gradu eius exaltacio solis. dom⁹ ei⁹ sol de die de nocte vero iupiter. et saturnus pticipat cū eis de prima triplicitate p ma est. Prima facies eius martis. secunda solis. tercia veneris de corpore hominis dñatur capiti et facici et mitos facit in corpore capillos corpus curuū faciem obliquam. oculos graues. aures breues. collum longū Domus est vite et natiuitatis hominis. quia sicut hoc signū ab inferiori parte terre ad superiora ascendit et a tenebris ad lucē vadit. sic natus de tenebris egreditur et vi illius signi abdita prodeunt in lucez et secreta sapientibus innotescunt Et sicut narrat albu. in li. de motib⁹ astrorū In tercio inquit vel quarto gradu arietis occidēte. oritur signum libre et motus aerem In decimo gradu oritur stella que dicitur almareth et alpheta. et serenat aerem In. xxv. gradu occidunt pliades ꝛc. Qñ ät sol velluna vel aliqs planetaꝝ intrauerit primū vel scōm vel terciū gradū arietis erit nubilū et vent⁹ a meridie et frig⁹ et tēpestas In gradu ät. ix. vel ix erit magn⁹ calor

De signo tauri:

Taurus scōm Mesael est signū terreū. frigidū siccū. nocturnū. dom⁹ veneris secūda exaltacio lune in ārto gradu eius. dom⁹ eius de die est venus in nocte luna. et mars pticipat cū eis. de triplicitate est secūda Prima facies est mercurij scōa lune tercia saturni et corpore boys dñat collo et gutturi. datq; facie āplā et curuā nasū dat grauez et lōgū. āplas nares. oculos graues. capillos elevatos et nigros. collū grossū. vereundū facit boiem. honeste incedentē Dom⁹ est sōe et possessionis accepcōis et dacōnis Et ideo dicitur taurus. quia taurus sulcādo terram fecundat et locupletat Tunc etiam quando sol est in tauro terra est arabilis et congrua agriculture scōm albu. In primo gradu tauri oritur syrius palmē in. vi. orion occidit et mutatur aer. in. viij. oriuntur plyades et turbāt aerē In xvi. oriunt hyades et turbāt aerē. De

De signo geminorum

Signum geminoꝝ scōm michael est signū aereum. masculinū me diocre. diurnū dom⁹ mercurij. exaltacio caude draconis in ter cio gradu eius dom⁹ eius in die est saturnus in nocte mercu rius iupiter pticipat cum eis. de triplicitate est tercia. Prima fa cies est ionis. secūda martis tercia solis. In corpore hominis dñatur hu meris. brachijs et manib⁹. mediocré efficit staturā et hominē pulchrū et conuenientem. Cui coniūctus mercur⁹ si fuerit fortunat⁹ disponit hoiem et habilem facit ad trācuram et scripturam. Domus cognacōis est et p pinquitatis. consilij religionis et fidelitatis epularum et sompnioꝝ scōz Albu. Gradu geminorum occidentē. oriuntur triades et mutant aerem. et post archites et echites idest aquila quinto decimo gradu idest delphi ni vicesimo sexto ā. Isti gemini vt dicit yginꝰ. secundū poetarum fabu las fuerunt castor et pollux fratres gemini et vterini. viri fortissimi. quo rum gracia tunc dicitur sol esse in geminis. quia sole in illa parte celi exi stente virtus ad secundandū inferiora geminatur. tunc etiam bella inter cognatos aliquociens geminantur. Illam tamē assignat pginus racō nem scilicet quando castor preest inferis tunc pollux preest superis. et ecō uerso. quod ideo fm marci. illuc singūt. quia in estate cuz noctes sint bre uissime quādo vna pars constellatōis occidit alia pars anterior oritur et ascendit. Et pro tāto dr vnus fratrum celos alius inferos possedisse.

De signo cancri.

Cancer est signum aquaticum. femineum instabile. nocturnum. do mus lune. exaltacio iouis in quinto decimo gradu eius. in die veneris est eius domus in nocte martis et luna participat cuz e is de triplicitate est quarta. Prima facies eius est veneris. secū da martis tercia lune. Super corpus hz dñiū sup pect⁹. costas et pulmo nem. et facit in corpe grossicié. Dā a medio eius facit hoiez grossū et incō positū atq; rudē. sup⁹ vero sotilē. dentes curuos et tortos. Et vocat do mus pris et gazarū et vinearum et oīm que crescūt sup terrā. castrorum. villarū et cuitatū. thesaurorū sepulture et hereditatū. De ō dic Albu. qui to gradu cancri occidente. oriē caputcorn⁹ et mutat aer in caliditate. in xtic. gradu oritur ferueꝰ canicula. et canis plen⁹ apparet et fit magna p turbacio aeris. Dicitur aūt cancer fm yginū. Nā cācer ē aial retrogradū sic sol peragrās illam ptē zodiaci que vocat cācer facit retrogradacōz in octauo gradu cancri. Tūc etiā sol extollit versus tumorem spere ver sus nostrū habitabile. et situm in terra q̄ non non potest plus extolli. tūc retrogradatur descendendo per signa inferiora vsq; ad capricornium.

De signo.

De signo leonis:

Signū leonis scōm Mīsael est signū igneū masculinū fixum diurnum. dom' solis et illius exaltacio. dom' eius sol in die supter de nocte et saturn' ꝓcipat cū eis et de triplicitate ē prima Prima facies ē saturni secūda iouis tercia martis. In homie coopatur stomacho. lacertis cordi et dorso. efficit hominē iupi' grossū. inferius sūtilē magni ai. cura hītē sōtia. Dom' aūt vocat filios et nouum testamētoꝝ liberoꝝ et honoꝝ. De ♄ ōr Albu. In .iij. gradu leonis aḡius et elion oriūt et fit aeris mutacō in .xxx. gradu oriūt cācer et occidit capricorn'. Dicit āt illō signū leo. qz leo fortissimū aial est maxime caliditatis ꝑcipue ex pte pectoris. ꝙ ꝑtis anterioris sic sol intrās illā ꝑtē signi aerius radios imprimit q̄ in fine q̄ ab illo signo exit. vt ōr ysidor'.

De signo virginis.

Virgo est signū terreū frigidū mediocre nocturnū dom' mercurij prima et est exaltacō mercurij in .xv. gradu eius dom' eius in die est venus in nocte luna et mars ꝑticipat cū eis. de triplicitate est secunda Prima facies ei' ē sol secūda venus tercia mercu. Ex pte hois hz in potestate ventrē et intestina. pōnā pulchrā facit. pulchros oculos. faciem decorā. et mitigat voluītatē Dom' ē infirmitatis suoꝝ et ancillarū et bestiarum inficiam significat et mutacōz de loco ad locū et ♄ signū ōr virgo. qz virgo sterilis ē et sine fructu. sic sol intrās illam ꝑtē zodiaci que vocat ♍go suo calore hūorē consumat et sic terrā a fructu sterilem facit.

De signo libre.

Libra fm Mīsael est signū aqueū masculinum instabile diurnū. domus veneris. prima exaltacō saturni in .xxi. gradu eius dom' eius venus de die saturn' de nocte. mercuri' et iupiter ꝑticipāt cū eis de triplicitate est tercia Prima facies eius ē lune secūda saturni. tercia iouis. de corpe hois regit inferiora vētris intestina et umbilicū Dom' est vtoris et nupciarum ꝺtēcōis furti et rapine De ♄ Albu in .v. gradu libre leo oritur ꝙ alterat et calefacit aerē. in .xxij. gradu corona oriūt et fit maxima ꝑturbacō aeris .xxxi. oriunt hyades prim et fit maior ꝑturbacio aeris et post oriūt virgo Dicit aūt ♄ signū libra ab instrumēto pōderādi qz sol existēs in illa ꝑte celi q̄ ōr libra. dies cū nocti ꝑfectos efficit. et eq̄les fm ysidō.

De signo scorpionis.

Scorpio est fm Mīsael signū aqueū frigidū fixū nocturnum. Domus prima martis. nullius exaltatio. domus eius in die veneris in nocte mars. et luna ꝑticipat cū eis. de triplicitate est quarta.

Dria facies ē martis ꝑa sol̄ tercia venꝰ Et ꝓte hois mēbris ōfuit grā/
tis remb' q̄ vefice. facie dat rubicūdā et pulchros capillos nitos. ocios quos
crura lōga. pedes magnos. q̄ senē fac̄ hoiez et ifabilē ac mēdacē. do' ōr
mortis et timoris. debit et laboris. dāpni et ofēcōis belli castitatis q̄ in
genꝰ De ꝟ Albu. in secūdo gradu scorpionis stelle hiades oriūt̄ et fit ma
gna turbacio aeris et tēpestas et post oriꝯ taur' In xvij. gradu est occi
dūt pliades et fit aeris serenitas. Dicit āt signū illud scorpi'. qz scorpi' ē
aial valde pūgitiuū cū cauda. filr sol existēs in illa pte zodiaci q̄ ōr scor/
pius cā ē leiōis et pūctōis corpis hūani. ꝙa tūc declinās min' calefacit
aera vñ aer distrat' in frigiditate cito ledit et pūgit corp' vt dicit ysid.

¶ De sagittario.

Sagittarius ſm Mesa. est signū aqueū. masculinū mediocre diur/
num exaltacio caude in tercio gradu eius dom' in die ē sol in no
cte iupit̄. saturn' ꝓticipat cū eis de triplicitate ē ꝑma Prima faci
es e' est mercurij secūda lune tercia saturni. Et ꝓte hois disponit femora
lōgas facit coxas et crura. facie lōgā. et mēbrū ſbile. hoiez facit pulchrio
rem retro q̄ añ. capillos dat ſbiles. vētrē magnū et in motu facit hoim
delectari. Dicit dom' itineris. fidei sapie. magisterij et hōris. et ingrāti
sapie astroꝝ et ōinacōis sōpnioꝝ De ꝟ dicit Albu. scōo gradu sagittarij
cum oriunt̄ pliades. statim occidūt et oriꝯ caput scorpij et fit valida tur/
bacio aeris. viij. gradu hiades occidūt et mutat̄ aer. Dicit āt sagittari'
istud signū qz sic̄ sagittarius emittit sagittas sic sol existens in illa pte zo
diaci ad nos emittit grandines plurimas atq̄ nives.

¶ De capricorno.

Capricorn' ſm mi. ē signū terreū. frigidū. instabile. nocturnū. satur
ni ꝓmū domicilij. exaltacō martis ē in. xxviij. gradu ē'. dom' ei'
est de die ven'. in nocte luā. et mars ꝓticipat cū eis de triplicita/
te ē ꝑa Prima facies e' ē tonis. scōa martis. tercia sol' In corpe hois rēpi
cit genua. ſbilia dat crura corp' siccū facie hispidā et hirsutā. Dom' vōl̄
dāñ et honoris. regis et regni glorie et impij. ſbe furtum ſblate. De ꝟ albū.
In. iiij. gradu capcorni oriꝯ cācer i. xxx. gradu occidit caput cācri et oriꝯ
caput capricorni. Dicit capcorn' qz cap ē aial cornib' petēs supiora. sic
sol existens in illa parte zodiaci facit solsticium hyemale. et tūc incipit ad/
cendere per signa versus arietem et versus cancrum.

¶ De aquario.

Aquarius ſm mi. signū ē masculinū. firū. diurnū. voscūū saturni.
seo nullꝰ ē exaltacō. dom' eius in die saturn' in nocte mercur'.
iupiter participat cum eis de triplicitate est tercia Prima facies
eius est veneris. secunda mercurij. tercia lune. dominari dicit ryb̄ꝯ hois
vsq̄ ad caudam pedis facit hominem gleziantem. multa venastantem.
pulchram.

pulchritam facit faciem et coloratam et rybiam facit alicui⁹ altera longfo
rem Dom⁹ vocatur amicicie mercati et fortune reditus tributi. ſbſtácie
regis muneris aut peditis De hoc Alb⁹ In .xij. gradu ſigni aquarij oritur
leo. in .xi. gradu ſtella regia et lāpades occidūt et mutāt aerē. et poſt cap
cornus et oritur caput aquarij Dicit aūt ſignū iſtū aquari⁹ ſm fabulas
pincerna deoꝝ. manib⁹ eoꝝ aq̄ fūdens vū tenet vrnā Et ideo tunc dici
tur ſol eſſe in aquario. eo qtunc temporis cōdenſatur aer in aquas mul/
tas ⁊ fiunt pluuie plus q̄ in alio tēpore. vt dicat yſidor⁹.

¶ De ſigno piſcium.

Signum piſcū ſm mercurium. eſt ſignū aqueum. frigidum. medio
cre. nocturnū. domicilium iouis Leo et altitudo veneris .in .xxvij.
gradu eius .Domus eius in die eſt venus in nocte mars et luna
ꝑticipat cū eis de triplicitate eſt quarta. Prima facies eius eſt ſaturni. ſe
cunda iouis tercia martis. De corpore hois regit pedes. amplū dat pe
dibus pilum caput. florentē barbam et pulchrā. albū facit hominē magni
animi. rotundosq̄ oculos Vocat autem iſtud ſignū dom⁹ inimici aſini. et
equi et omnis beſtie que equitatur .Et ſignat labores lamentacōnem et
triſticiam. ſuſurracōem et dolositatem .malivolenciā et carcerem De hoc
Alb⁹. in .x. gradu ſigni piſcū ortus eſt virginis in .xij. gradu thele. i. libra
oritur. in .xix. gradu orit cancer. in .xxij. gradu orion et aquarius orunt.
Dicitur aūt ſignum illud piſcū. eo q⁹ tunc tp̄is fit generō piſcium et con
fricacio qr caloꝛe ſolis aſcendēte et hūoꝛes diſſoluēte ſolēt tunc piſces ef
fundere ſemen ſuū vt ōt yſio. Has itaq; .xij. ſignoꝝ celi ꝓpietates et oc/
cultas virtutes ſm aſtrologos et eoꝝ iudicū. huic opuſculo interfui eſti/
mās vtile eſſe legēnt⁹ eoꝝ noia in ſcriptura breuiter et pcer inuenire. q̄d
de eis ſenſerint antiq̄ Et q̄re eis talia noia poſuerūt aſtrologi ſyderū inſpe
ctores Quia iſtoꝝ .xij. ſignoꝝ ſunt domoꝝ ortus et occaſ⁹ et aſpect⁹ vari
os et mirādos. accidere dicūt in iſtis inferioꝛib⁹ mutacões Dupliciter eīm
immutāt et alterāt hec inferiora et in eis ſuas facūt impſſiones ꝑ iſta
aūt .xij. ſigna. mouētur et diſcurrūt planete q̄ dicūt ſydera errātia. cerus
vt ōt beda. ſpacijs diſcreta ab inuicē et diſtincta q̄ dicunt errācia nō q⁹ er
rant cum certiſſimū bēant motū et diſcurſū. Et ideo dīr errare .q̄a extra
firmamētū. curſum ſuū agere dinoſcūtur Et ideo de motu planetarum ip
ſorum ſitu et effectu aliq̄ ſunt dicēda breuiter tam in generali q̄ in ſpēali.

¶ De duplici motu planetarum.

Mouentur autem planete duplici motu ſcilicz naturali et proprio.
videſt ab occidente in orientem contra motum firmamēti et mo/
tu alieno .ſcilicet ab oriente in occidentem et hoc raptu firmamē
ti cuius violencia ſingulis diebus ab ortu vſq; ad occaſum rapiuntur In
motu autem naturali quo mouentur contra firmamentum. quidam celeri⁹
quidam.

quidam tardius ꝓficiãt cursum suũ. et ꝑ ꝓpter circulorꝫ suorum dispar
quantotatẽ Nã saturn⁹ in ꝙlz signo morat ꝑ xxx. menses et oplet cursum
in xxx. ãnis Et iupiter morat in ꝙlz signo ꝑ vnũ annũ. et xij. ãnis complz
cursũ suũ Mars morat in ꝙlz signo xxxiv. dieb⁹ et ꝓficit cursum suũ in ij.
ãnis Sol morat in ꝙlibet signo. xxx. dieb⁹ et. x. horis et semisse. et ꝓficit
cursum suũ in. ccc. lxv. dieb⁹ et ꝙrtãte. Mercurꝰ morat in ꝙlz signo. xxviij.
diebus et. viij. horis et oplet cursum suũ in. ccc. xxxviij dieb⁹ Venus mo/
ratur in ꝙlibet signo. xxix. dieb⁹ et oplet cursum suũ in. ccc. xlviij dieb⁹ Lu
na morat in ꝙlibet signo duobus dieb⁹ et dimidio et ser horis et bisse v
nius et oplet cursum suũ a ꝑncto vsqꝫ ad ꝑnctũ in xxviij dieb⁹ et. viij. ho
ris Et istarũ ãt septẽ stellarũ ingressu et ꝓgressu ꝑ xij. signa et egressu ab
eisdem variatẽ et disponũtur oia ꝙ in ꝟ mũdo inferiori generatẽ et cor/
rumpũtur. vñ in li. Misalath ꝑbi legit sic ca. i. Altissim⁹ fecit mũdũ ad suã
uoluntẽ spere. et fecit circulũ alciorẽ in circuitu eius volubilẽ et terram sic
sam in eius medio nõ declinãtem ad sinistrã vel dextrã. Et posuit alia ele
menta mobilia et fecit ea moueri ꝑ motũ septẽ planetarꝫ. et oẽs stelle alie
coopantẽ planetis in suis opacõib⁹ et naturis Vñ et opus planetarum
simile est lapidi magneti et ferro. qz sic̃ trahit ferrũ ab eo ita oia creatu/
ra super terrã a motu planetarũ afficit̃. aptacio eoꝝ et destructõ fit mo
tibus et opacõib⁹ planetarũ diuersificat autẽ opacio eoꝝ. ꝑm clymatũ
diuersitatẽ. aliud em̃ opat terra circa ethiopes. et aliud circa sclauos. vñ
sicut ꝺr ioh̃. ca. nñ. Attendenda ẽ planetarũ diuisio in ipsis signis. qz ũ plu
res fuerint diuisi in signis aqticis in reuolucõne ãni signat multitudinẽ
pluuiarũ Si in ignibus siccitatẽz et famẽ ex excessu caloris et siccitatis. si in
aereis multitudinẽ vẽtorꝫ si in signis frigidis grauitatẽ frigoris et tpa/
mentum caloris. Et ideꝫ in eodẽ. viij. ca. ꝺr. qꝫ effectus signorꝫ intẽdunt in
operacõibus suis et diuisiõne planetarum fiunt in bono fiunt in malo qz si
fuerint boni planete bonũ ꝓtendũt si fuerint mali eciã oppositũ Nã vt tra
dit idem Planetarũ quidã sunt masculini mali diurni potentes frigidi.
et sicci. scz saturnus quidã boni masculini diurni tpate calidi et humidi
sicut iupiter. mars vero masculin⁹ nocturnus calorẽ et siccitatẽz generat
sol masculi⁹. calorẽ et siccitatẽ operatur. venus femine⁹. nocturnus. inter ca
liditatẽ et humiditatẽ mediocris. mercurius vero tpate est nature diurn⁹
modo masculin⁹ modo femini⁹. vnde cito vertit se ad naturã illius. cui
coniungitur vt cũ bonis bonus et cũ malis malus vel mediocrib⁹ sim lis
efficiatur. luna insup est planeta femine⁹. nocturnus. frigid⁹ et humid⁹ cũ
excessu Et ideo ꝑm astrologos planete aliq̃ in suis effectib⁹ sunt boni scz
iupiter et venus. nulli em̃ nocent sed tam suos qꝫ nõ suos adiuuant et cu/
rantur ꝙtum ꝑtẽ Aliq̃ sunt mali scz mars et saturnus. qz nõ suis sp obsũt
suis tñ ꝑsunt Aliq̃ vero mediocres scz sol. luna. et mercurius Nã suis bona
ingerunt.

ingerunt. ceteris vero. modo bonū modo malū. et maxime ꝑm qō bonis planetis vel malis in diuersis signoꝝ domib⁹ diūguīt nam cum bonis bona cū malis mala. vt sepi⁹ opant. Ioh autē .vij planete. marie in generatōne hñt tam hoim ꝙ alaliū ptāton Uñ ꝑm astro. et eē ꝑm Ga. et alios peritos medicos Saturn⁹ naturā ꝯceptū in matrice frigiditate. et siccitate sua coagulat et condēsat. iupiter aūt secūdo mense spūm et mēbra tribuit. tercio mēse mars sōuiat sanguīē et humores ꝯdēsat et ordinat et cōponit. sol in q̄rto mēse vitalē calorē et spūm epati et cordi tribuit. venus in quito mēse organa sensibilia et officialia mēbra aures scz et nasū. et huiōi pficit et disponit mercuri⁹ sexto mēse oīa corpis foramina et porosa membra vt linguā et nares componit. luna eñ mense septimo suis limitibus mēbra diuidit et distinguit. et ideo fetus tūc nascit vtilis et salubris Si vero nasci distulerit vsq; ad octauū mēsem. fetus tūc mozit et hoc quia virtus saturni tūc iterū redit qz vtraq; q̄litate sua frigida et sicca fetum mortificat et astringit. nono aūt mēse regnat iterū iupiter. q̄ fetus calore suo tpato refouet et custodit. vñ ꝓtus tūc nascēs vitalis erit similiter nascēs in principio decimi mēsis ꝑt eē salubris et vitalis. qz tūc iterum regnat mars cuius calore et siccitate mēbra nascētis roborant Uñ fetus caloris et siccitatis bñficio egredit iā robustus Istas et multas alias habēt planete in corpib⁹ inferiorib⁹ opacōnes generales et ecīā spēales. maxime q̄n in suis domiciliis dñantur Singuli eñ planete hñt domos ꝓprias vt ōt Alba. Nā dom⁹ saturni. prima et ꝓpria est capricorn⁹. similr et aquarius Dom⁹ iouis pisces et sagittari⁹. domus martis aries et scorpius domus veneris. libra et taur⁹ dom⁹ mercurij. virgo et gemini domus solis leo. domus lune cācer. In hīs xij. domib⁹ siue signis septez planete dñantur. et ꝓtes diuersis motib⁹ errāgātes. nūc deprimunt. nūc exaltantur. In hīs āt signis mouētur planete duplici motu scz accidētali ab oriente ad occidentē rapta firmamēti et motu naturali et ō mot⁹ est duplex primus scz et secūdus Prim⁹ motus est circulus quē facit planeta in ꝓprio circulo. cuius metas et terminos nūq; erit. Secūdus motus est quē fac ſō zodiaco et habito respcū ad zodiacū sp in eād tēpore q p equale spaciū trāsit Prim⁹ aūt motus planete ꝓprio fit in circulo. q̄ ōr ecentricus sic dict⁹ eo ꝙ nō hēat terrā .p cētro sicut zodiacus habet terram pro centro Uñ circulus planete ōr ecētricus cuius sup̄ficies cum p centrū terre transeat et terrā in duas medietates diuidat. centrum tā habet suū extra centrū terre. et iste circulus ecentric⁹ est duplex scz deferēs q equans. Nā planetis assignant tres circuli vt ōr Pebo. scz equās et deferens et epicicl⁹ Circulus deferēs est circul⁹ planete per cuius circūferēciam sp mouet epicicl⁹ ipsi⁹ planete ꝺcūs ideo deferēs .qz defert circulū epicicli Circul⁹ equās ōr sup cuius cētrū mouet centrū epicicli planete vni

formiter.

formiter. eciã ōz equãs qz in illo tenet planeta ẽqſtr cursũz suũ Epiciclus est q̄dã gnus circulus. quez describit planeta motu corpis sui per cuius circũferenciã mouetur corpus planete vñ in supiori parte sui epicicli mouetur ab occidente in oriẽtem in inferiori vero gte mouetur ab oriẽte in occidentẽ Et ideo ꝑz q̄ sol et alij planete in ꝓpꝛijs circul' mouẽt et ꝓsyni formiter q̄uis in diuersis diuersimode mouẽtur In istis itaq; circul' oiuersã triplex motus planetarũ est ab astrologis sapiẽtissime depẽdens. motus scz direct' stacionar' et retrogradus Direct' est qñ mouẽ directe a principio signi versus finẽ Retrograd' vero dicitur qñ econuerso tẽdit a fine signi versus principiũ Beacõnarius aũt est qñ stat q̄si in medio ita q̄ nec principio videt signi accedere neq; finiri Fit autẽ directio ſp in pte epicicli supiori. Retrogradacõ ſeper in pte inferiori Beacio vero fit in medio. cuius diuersitatis rõ a põis diuersimode assignat. Ita tñ retrogradacio in. v. solũ planetis hẽt locum. nõ autẽ in sole nec in luna nõ enim sol neq; luna retrogradiũtur q̄uis in epicicio moueant. Et ꝟ ideo vt dicunt aliqui. qz radij solares sunt cã istius retrogradacõis Nã virtus radiorum solariũ aliq̄ illos repellit et facit retrogrados. q̄q; eos attrahit et sic eos q̄si stare cogit vt ōz Alphra. Alias cãs assignat ptholẽ. seo hec nõe sufficiãt Recollige igit ex predicis q̄ planete sunt stelle erratice ꝑ septem differẽtes distincte sicut situ sic virtute et effectu adinuicẽ differẽtes sic dicit Beda in li de naturis rerum Sũt aũt stelle iste elemẽtoꝝ imitatiue. oim generaliũ generatiue et corruptibiliũ corruptiue Sũt eciã contrarietate sui motus impetus celestis corpis retardatiue serenitatis et tẽpestatis pcitatie. sterilitatis et fertilitatis inductiue fluxus maris et refluxus cãtiue Sũt eciam suarũ qualitatũ et virtutũ inuicem ꝓpatiue Nam vt dicit beda q̄ aliq̄s planetarũ alteri' circulum ingredit illius participat et eq̄alitatẽ q̄litatẽ ꝑ mutuũ eciã aspectũz et diuisionem sunt suarũ q̄litatum et effectuũ pmutatiue Nam bonitas benivole stelle per pximam male remittitur. et econuerso. malignitas malivole tpatur vt ōz albu. et ptholo Sũt eciam inter eoꝝ ordinata ele ꝛacõne et depõsitione in orbib' et ex mutua circuloꝝ suorum intersecacõne stridoris et armonie generatie sicut ōz in li de quinq; ꝟstãcijs Et vt dicit macrob Inter sperã saturni q̄ lune. oẽs ꝟsonancie musice in tenuant Cũ sole micãtes sunt sue luminositatis occultatiue a virtute solis imitacõnis receptiue Quanto habent alcioꝛes circulos tanto tardius sunt in cursus completiue

De saturno.

Saturnus est a satiãdo deos. cui' vxor ops ẽ dicã ab opulencia quã tribuit mortalib' vt ōz ysi. et mar. de q̄ dicũt fabule q̄ ideo de pingit mestissim'. q̄ filio suo fingit castrat' fuisse cui' virilia in mare ꝓcã venerẽ cãuerit. Ait ꝓ mi. saturn' planeta malivol'. frigidus. et siccus. no/

turnus.et ponderosus.et ideo in fabulis senex depingit Iste circul⁹ a terra est remotissimus et ñ terre est maxime nocar⁹ vnde ꝓpter elongationem a terra per xxx. ānos nō ꝑficit cursum suū.plus nocet retrogradꝰ, vo ꝙ directe procedēdo Hñ in fabul⁹ fingitur habere falcez curuā In colore etiam pallid⁹ aut liuidus sicut plūbū .duas hz q̄litates mortiferas scz frigiditatē et siccitatem.et ideo fetus sō ipius dñio natus aceptus vel moritur vel pessimas consequit qualitates Hñ ꝑm ptho .in li. de uoꝫ cijs astroꝝ.dat hoiem esse fuscū turpem nunq̄ operationi pigrū.grauem, tristem raro hilarem seu ridētem. Hñ dicit idem ptho. Subiecti saturno ragadias idest fissuras siccas sepius in calcaneis pacūt.glauci sunt colores et liuidi.in capillis et in toto corpe asperi et in cutis.turpia et fetida non abhorrēt vestimēta.animalia diligūt fetida et immūda.res diligūt acidas et stipticas.q̄ in eoꝝ complexione humoꝛ melācolic⁹ dñatur De hoc saturno dicit ptho.sō saturno sunt capricorn⁹ et aquari⁹ .cuius dñiuꝫ est in libra.sed in ariete regnū abstrahitur Sub eo cōtinetur vita coticū doctrina et locus frigidus et si.c⁹ In iudicijs signat merorez et tristiciā Color eius est niger et plumbeus et est fallidicus.ñ quando ingreditur circulū iouis mmoratur malicia eius.et mutat colorez ex vicinitate ipius Cumñ sit naturaliter plūbeus et claritate iouis cui coniungitur. efficitur candidus atq̄ clarus vt dicit Ptholomeus.

De ioue.

Iupiter qui ꝑm errorem gentilium et fabōnes poetarum fuit pater.planeta est bēmolus calid⁹ et humid⁹.diurnus et masculin⁹, in suis q̄litatib⁹ tp̄atus.in colore est argēteus.cādid⁹ clarus ac blād⁹ Et ideo in circulo iouis causam felicitatis antiq̄ pōi posuerūt vt ōt Marci. Istius iouis circulus saturni circulo imediate ē situāt⁹ Et ideo ꝓpter altitudinem circuli sui xxi.ānis ꝑficit cursum suū hic bonitate sua reprimit malicia saturni.q̄n iupiter in supiori pte.sui circuli.circulo saturni est situāt⁹ z ideo fingitur a poetis ꝑm ꝑsū a regno expulisse vt dic .Marci.et ꝑsior⁹. quia ꝓsencia sua reprimit maliciā naturalē hic adiūctus planetis bonis.bonas et vtiles facit impssiones in istis inferioribꝰ clemēs. Et ideo dicunt astrologi.q̄ in corpe homis coopatur ad pulchritudinē et boē statem pulchꝝ em̄ dat colorez nitidum et rubore pmixtum pulchros dat oculos et pulchros dētes.barbāq̄ rotundā vt dicit Ptholo. Preest em̄ aeri et sangui et sāguinee oplexioni De hoc dicit ptho. Sub ioue sunt sagittari⁹ et pisces et sunt dom⁹ eius regnat in cācro et in capcorno discessus regni eius Hō ioue obtinent honor. diuicie.optimū indumentū Jn iudicijs astrologoꝝ significat sapiaz et rōz et ē verid⁹ vt q̄ appet in a/scēdēte significat ꝑm astrologos ratiocināū honestatē fidē et disciplinā z

eri t finis

ad saluacōnem sic omnium signorum confortat bonitatē et signat in eis bonum quando in eis inuenitur nisi in duodecimo. vbi dicunt iouē significare seruitutem. paupertatem et tristiciā. ex parte quadrupedū et merorē ex parte familie et seruorum. vt dicit Ptho et Misael.

¶ Natura de marte.

Mars deus belli a gentib⁹ putabatur Est enī planeta calidus et siccus. masculin⁹ et nocturnus. vnde preest colere et igni. et colerice complexioni et disponit ad audaciā et animositatem et appetitum vindicte ꝓpter qđ deus bellorū vocabat. immediate sequitur iouē et precedit venerem Et ideo ex vtriusq; stelle benigne vicinitate eius nocuitas temperatur. In colore est fulgidus siue rutilās sicut ignis. vt dicit marci. Vnde et maiorē vim habet calefaciēdo qđ alii planete vt ōt idem Dicit planeta ſm Ptho. disponit in homine ex parte corporis lōgitudinē et gracilitatem et hoc racōne caloris et siccitatis. sed hoc est in iuuentute. Nam in senectute et calore consumēte et siccitate contrahēte. disponit ad curuitatē ex parte mēbris disponit ad mobilitatem animi et leuitatem. ad iram et animositatem et alias colericas passiones disponit etiaz et habilitat ad ignean operacōnes. sicut ad ferrarios et fumarios. sicut saturn⁹ ad terrarū cultores et grauium ponderū positores. et iupiter econuerso ad artes leuiores. facit enī habiles vt sint oratores trapezete idest cābitores et argenti tractatores. scriptores et huiōi vt ōt Misa. scōm Ptho. etiam ſ marte sunt hec signa scorpi⁹ et aries et sūt dom⁹ eius regnat in capcorno. sed in tauro est discessus regni eius Sub ipso otinetur prelium. carcer et inimic⁹. et significat irā et celeritatē et furorē. et ē rube⁹ fabricic⁹ et doloſ⁹ motāt in q̄lz signo. lx. dieb⁹ et. xvi horis in. ñ. ānis oplz curium suum.

¶ Natura de venere.

Venus qui et lucifer ōr est planēta ſm Misael benigni⁹ femine⁹ nocturnus in suis q̄litatib⁹ scz in calore et humore equatus. ōr dicit planeta excedit solius zodiacū in duab⁹ partibus. vt ōt Beda. et est dictus ven⁹. quia sua q̄litate calida vel humida ōr venerei humoris vel motus excitatiuus scōm ysido. quia accomitatur solem vel precedēdo et tunc dicitur lucifer vel sequendo. et tunc dicitur vesper vt dicit Beda. Colorem habz candentem et refulgentē electro similez vt dicit Marcia Inter eā omnia sydera gaudentius fulget vnde et iubar dicit eo ꝙ iubar radios luminis a se emittit. ꝓpter qđ vmbrā facit Quādo aura maligna est serena diem et solis ortum immediate ānūciat et precedit Quando est in eodem signo cum sole a claritate solis absorptus se tūc temporis non ostē dit Quando venus est altior mercurio. tūc est illo segnior mot⁹ eius et econuerso cuz est inferior tunc est celerior vt dicit Macrob. In tribus semitonis soli occurrit et malicia repimit vt dicit Ptho. Et ꝓ te corpis dispo

nit ad

nit ad pulchritudinē et ad voluptes intactu in olfactu in gustu et in cātu. Ñ facit ee cātatores et musicoꝝ amatores ⁊ specierū ofectores aurifices et vestiū muliebriū inscisores vt ait mā. Et dic̄ Ptho. Sub venere in quit sūt libra et taur⁹ et sunt eius dom⁹ et regnat in piscib⁹. et in virgine deficit regnū eius et abscedit ꝟ ipo obtinet via et amor et aiicicia et peregrin⁹ et signat lucrū et gaudiū et ē veridic⁹ et morat in q̄libꝫ signo .xxx. diebus et oplet cursū suū in .ccc. et lxvij. diebus.

De mercurio.

Mercurius sm Mīsael ē planeta tēperat⁹. nocturnus mō masculin⁹ modo femin⁹. cito eiñ se dat ad naturā illius cui adiūgit vt eñ bonis bon⁹ cū mal⁹ malus. cū mediocrib⁹ mediocris efficit. Ñ et in superiori pte sui obscurus. miscet qualitates suas cū q̄litatib⁹ veneris et ideo fingitur a poetis ꝙ cū ea fuerit fornicat⁹ vt dic̄ yhō. Et ōr mercuri⁹ q̄si medius currēs. qz q̄ medi⁹ ē sm bedā inter venerē et solē vñ in superiori pte sui circuli diūgit cū venere in inferiori vero cuenit cū sole Circul⁹ eni⁹ suus in superiori pte intrat circulū veneris in inferiori aūt pte intrat circulum solis Ñ ē in superiori parte sui circul⁹ medius videt et min⁹ a sole obscurat. Aliqñ ee āte solis ortū aliqñ post occasū splēdet. et ideo ab aliqb⁹ vesperus nūcupat. Dās ōr oñari. yñ lucan⁹ loqns de mercurio dixit q̄z tum dom⁹ possit agrum Dicit eiā a poetis de⁹ eloquēcie et sapie yñ ꝙ ptho. mercuri⁹ dat esse studiosos et scie numeroꝝ amatores. disponit eiñ et habilitat ad sciam et vsū calculi et computacōis. Et ió ōr fuisse deus mercatoꝝ qz mercatori computacio sūme necāria ē Dicit āt deus paleſtre vt dic̄ yhō. eo ꝙ cū sole luctat q̄ volēs cū superare ꝟ em nūq̄ solē gradiē. nunq̄ plus distās q̄ p nouē grad⁹ yñ raro videt. qz sp fere ſō radijs solaribus occultat. Et ió ꝓpt calorē sol⁹ fuse⁹ depingit. et ꝓpter suā celeritatem cursor domoꝝ in fabulis nūcupat. qz nūc cū sole. nūc ante. nunc post gradit. Ñ solē ꝑuenit radijs solarib⁹ ꝓtim⁹ stare videt et ōr stacionari⁹ Ñ āt sequit videt retrograd⁹ vt ōr macrob. Secōz ptho. aūt ió mercurio sūt gemini et virgo et regnat in virgie. ſz in piscib⁹ regnū abscedit. Cū sole sp mōt vō signo añ ā p⁹ ꝟ mercurio otinet fortunā. negociacō. furtū. et significat rōm et sapiam et ē alb⁹ cū benuol⁹ benuol⁹. et cū mal⁹ mal⁹ Morat in vno q̄libꝫ signo .xxvij. dieb⁹ et .vi. horis. et in .ccc. et xxxvij. dieb⁹ complet cursum suum Ducuscq̄ Ptholo.

De sole

Sol sm ysi. q̄si sol⁹ lucēs ōr eo ꝙ sit ſō⁹ totī⁹ luis cui⁹ radiatōe superiora et inferiora illustrāt Est āt sol ꝑ misalath. planeta fortunat⁹ et se. ſz p diūctōm aliqñ fit mal⁹. masculin⁹ diurn⁹ calidus et sicc⁹ Sol enī oia viuificat. et reb⁹ oīb⁹ vitā spēm et formā ad ministrat Ñ vt dic̄ ioh

Sol omnibus luminarib' celi maior est in quãtitate et in dignitate et in claritate. quia magis calcari et opressi luminis est Maior est etiã in motus vniformitate et etiam potestate et effectuã multiplicitate. quia semp mouetur motu directo in circulo ſb zodiaco mediũ ſp tenens locũ. transit enim recte circulus suus per mediam lineã zodiaci cuius metas et terminos non transcendit sol. et ideo cuius mot' in circulis suo ꝙpio est vniformis. ꝙuis rerum aliarũ obiecto moueri dissimilr aliqñ videatur Circul' quoq; solis sicut zodiacus distinguitur per. cñ. spacia siue signa quorum qõlibet continet. xxx. gradus. et quilibet gradus. lx. minuta. et qõlibet minutum. lx. scrupula Et quãdo sol recedit ab vno puncto circuli sui et reuertitur in eundem. transit ꝑ cñ. signa. et iste transitus circul' ãni vocatur nec in die naturali perfecte transit gradum vnum prout computat Albu. seo transit. lx. minuta. viij. scrupula. Ita ꝙ de illo sexagesimo minuto remanent duo secunda impertransita Unde tantus deficit ꝙ in vno die naturali nõ perficit gradum vnum Sol igitur motu suo ordinato et imperturbato cursũ ordinat et ꝓficit vniuersa. vnde Amb. in exameron sic nos describit virtutes ipsius solis dicẽs Sol est oculꝰ mundi iocunditas diei pulchritudo celi mensura tẽporũ virtus et vigor oĩm nascentium. domus planetarum decor et ꝓfectio oĩm stellarũ Idẽ etiam dicit mar. Sol mãt est fons mentis idest memoria racõnis principiũ lucis. rex nature. mens mundi. fulgor olympi moderator firmamenti Ideo cñ. mouet cõtra firmamentũ vt moderet et tpet motum suũ. ideo dicitur splẽdor olympi vt dicit Macrob. in libro ciceronis. diffinicio fuit platonis omnium sperarũ lumen esse a sole. Dicit enim plato in thimeo Ingeniauit deus rerum cõditor lucem clarissimã quam solem vocamus cuius splendore celum et infera omnia illustrant et numerus existeret et omnium animantium Et in libro de elementis dicit Aristo. Sol inquit habz lumen proprium. stelle vero vel luna lumen a sole aquirũt sicut quando a candela speculum ei oppositum illuminatur Idem dicit Mar. ꝙ sol in medio signiferi incedens. bissenos radios emittit ex se. quibus superiora et inferiora illustrant De hijs autem solis mirabilibus. dicit beatus dyoni. in libro de diuinis nominibus capi. quinto sic Sensibilium essencias et qualitates multas quidem et discretas existentes ipse sol vnus ens et vniformis. et illuminans lux. renouat. nutrit. custodit et perficit et discernit vnit et refouet. frequenta facit. auget. mutat. collocat. plantat. renouat. et vnificat etiam õnia Unde ex ipsis verbis manifestatur proprietas ipsius solis. in propria natura et in suo effectu in substancia cñ seu essencia sua summam habet simplicitatem Non enim habet ex dissimilibus vel ex contrarijs partibus compositionem sbalem sicut inferiora elementa vel elementata. seo oĩmodã hẽt simplicitatẽ in sua natura et vniformitatem. et ideo habet ꝑpetuã in substancia.

stancia. pmanẽciam et incorruptilitatem. quia compositio et contrarietas principium est corruptõis vt dicit Arist. et ex hac simplicitate sũmã habet scõm substanciam leuitatẽ. Dã pcium naturalium compactio est principium et causa grauitatis et ex hac leuitate habet corp' solare ad motum habilitatem. Leuia em ad motum sunt facilia. et maxime sunt agilitatis. Ex substãcie autem sue subtilitate et mobilitate sũmam habet actualitatem et virtutem. quia quãto res est simplicior tanto ad diuersos act' naturaliter est potencior. Et ideo conuenienter dic̃ dño. q̃ sol vniformis ẽ lux illuminãs ẽ. Nam virtutem habet illuminatiuã. quia in suo lumine nunq̃ deficit. q̃uis eius lumẽ vel per terre vel per lune interpositõem nobis aliquando auferri videatur. Hẽt etiam virtutem renouatiuã. Nam poros terre aperit. et terre superficiem herbis frondib' et floribus renouat et reuestit. Per sũntracõnem em̃ virtutis solaris penetrãte ad interiora terre hyemali tempore q̃dãmodo antiquata ãnis singulis virore et pulchritudine renouantur. Item virtutẽ habet nutritiuã. quia ad interiora radicum et seminũ solaris radius sũntrãs calore suo humiditatẽ terre dissoluit et vi attractiua q̃ semine et radici est simile de illa attrahit q̃ illud in nutrimentũ terre nascenciũ conuertit. Item virtutem habet inferiorẽ conseruatiuam et saluatiuã. Nam elemẽta ꝓpter contrarietatem et mutuã repugnanciam quã habent inter se adinuicẽ se destruerent. nisi per virtutis celestis influenciã conciliarentur. q̃ sic in esse debito saluarent. vt dic̃ Alexander. Item virtutem pfectiuam. q̃ calor elemẽtaris incipit agere in generacõne corporum et calor solaris perficit et producit vsq; ad debitus complementũ vt dicit alexander. Item virtutẽ habet discretiuam. Dã colores et rerum species et figure que in tenebris sunt confuse. per pficiam solaris luminis agnoscunt̃ et ab inuicem discernũt̃. Item virtutem habz vnitiuam. et ꝺ est per se. q̃ p accidẽs. Per se q̃a vnit et ordinat et cõcordat planetas in suis effectibus. conciliat etiam sibi cõtraria elemẽta vñ scõz marẽ vel macrocõsmum. Sol medius est inter planetas quia ad armoniam celestem perficiendam hoc facit sol in suo circulo. q̃ facit media cordula in musico instrumento. per accidẽs etiam vnit homogenea sicut et dissoluit etherogenia. Fm em̃ materiam quã nũc aggregat nũc dissoluit. Itẽ virtutem habz fecundatiuam. vim em̃ generandi et varias species producendi confert istis inferioribus. homo em̃ generat hominẽ et sol. vt dic̃ ꝓbs quia nichil fructificat neq; crescit vbi solis radius nõ attingit. Item virtutem habet confortatiuam. Fm em̃ solis ascensum super nostrum orizontẽ. virtutes animalium fortiores efficiunt̃ et vsq; ad medium celi augmẽtantur. et in eius declinacõne vsq; ad occasum propter eius elongacõm debilitantur. corpora in suis virtutibus et quasi in sompnũ resoluũtur vz in floribus qui aperiunt̃ in ortu solis qui in occasu marcescũt q̃dãmodo

clauduntur

relinquitur forma inequalis cū quadā nodositate et asperitate. radix ab humore terre actione caloris generat. a calore celesti penetrat. cui⁹ virtute nutrimenti ueniens sibi attrahit et incorpat. ex situ q dispositōe terre radix dispositōm sequit et oplexionē nā q in terra dulci et mediocriter sicca nascunt et aq nutrit pluuiali sunt meliores et ceteris laudabiliores q vero nutriunt in terra molli et palustri vbi aq stās est et putrida de q hauriunt nutrimentū. ꝓpter malignitatē et corrupcōm aq ceteris sunt deteriores et minus salubres tā in cibo q in medicina vt dicit ysa. Radix occultat sub terra et latitat ab aspectu et suam virtutem et efficaciaz manifestat in fronde et in flore et in fructu. in tra occultata uiuit ꝓficit et meliorat. q abstracta a tra moritur deficit et deficcat. toci⁹ arboris siue plā te ps despectior est ipsa radix. et tā sicut virtusq; mater est et principiū. sic virtusq; nutrix est et maxime necessariū sustentamentū. sed q̄nto ꝓfundi⁹ terre viscerib⁹ se infigit tanto efficit solidi⁹ et firmi⁹ arboris fundamentū. Radix cū sit in sua substantia valde mollis. virtute tñ et subtilitate innati caloris lapides duros penetrat et usq; ad eor intima se ꝓfundat. tpe hiemali calor naturalis fugiens frigiditatez aeris ad interiora radicis se recolligit et ibi multiplicatur. ad sui ꝛpamentū et nutrimētū a ramis exteriorib⁹ ad se attrahit hūorē. et tūc hieme ex attracto hūore radix materiā accepit quā ꝓximo frondes et flores verno tpe et p⁹emittit. vñ herbe q ꝓius erant aride q̄si mortue in hieme humore euaporante ad superiora in vere reuiuiscūt Item qualitas seu bonitas vel malignitas radicis ad ramos derivatur et sepe ostenditur in fructu et in flore. quid virtutis vel vicii lateat in radice. sepius tamen ponticitas siue amaritudo humoris radicis digeritur et dulcoratur beneficio aeris subtiliantis et caloris celestis materiam depurantis. vnde frequenter accidit q radix amara fructum dulcem procreat et producit. vnde patet in radice vitis et olive bucusq; ysaac in dictis vniuersalibus Dicit etiam aris. q arbores quando infirmantur et non fructificant solz eis mederi in radice quia inciditur radix et lapis ponitur in scissura et sic effluit grossus humor et corruptus veluti decoctura et sic primo humore attracto et aere nouo radicem interius sub intrante renouatur arbor et sanatur Item dicit ysaac et galienus et musicus athenienses dicisse. omnis herba cuius radix est multi nutrimenti eius semen non est nutrimentum vt patet in rapa et huiusmodi. et econuerso. quarum semen nutrit radices que non sunt nutritine. Est autem quedam herba cuius nomen radicis appropriatur. que calida est et sicca et est similis rape non in virtute. habet autem virtutem incidendi et dissoluendi et consumendi et aperiendi pozos. Unde valet contra febres que ex causa frigida procreantur. splenis opilacionem aperit. et eius etiam

duricieꝫ

uiricies soluit. ydropicis subuenit et succurrit redarguentē et ecrē hȝ sapozem. et iō plus ꝺuenit medicine q̄ cibo. sicut rapa et econuerso. plꝰ ꝺuenit cibo q̄ medicine Est enim calida et hūida et ceteris herbis et radici bꝰ plus nutrit vt ꝺicit ysa. in ꝺiet mollem ac dulcem inflatam carnē facit inter sui ventositatem et inflacōm vnde cocta melꝰ nutrit. cruda vel male cocta difficile digerē et in venis et in poris facit opilacōm. vȝ eē sm me ꝺicinā nā in aure eius pedes podagricoꝝ et architicoꝝ loci ꝺolozis reci piant mitigacōm De semine ār rape sicut rapani fit oleū vsibus maleis necessariū et maxime in lucernis. non tn licitum fuit tale oleū apponere in lucernis candelabri in domo dñi. vt pȝ in glo sup exo. xxvij. vbi ōr cū dis tinctōe iubet offerri oleū non rapanū non murtū vel murtinū q̄ purissimū ꝺe lignis oliuaꝝ. qz aliud offerre non erat licitū. sicut nec accēdere lignū siue ignem alienum q̄ qui ꝺe celo ꝺescendit. ſc.

¶ De rampno.

Rampnus est arbor multū dura et nodosa ramosa et spinosa. folia hȝ aculeata spinis acutissimis ꝺsita in lateribus et muni ta. et ideo suis aculeis solet manum lędere contingentis. et pe des pungere ipsa folia concultantis. in principio q̄ nascē fo lia hȝ mollia et lenia et q̄nto plus crescit tanto asperior efficit et in acuti orem aculeū induresci ꝺicit magister in hystoria super iudic. xx. q̄ testāte iosepho rampnus hȝ singulariter hanc virtutem ignem ex se proferendi. Nam eius folia quando cadunt et ꝺeiccantur multe ꝺicuntur esse ficcita tis et cuiusꝺam lente viscuositatis. et ideo quādo adest ignis vel fomes in calidis regionibus impressio calidis solaris. folia illa ꝺispositā inflam macioni ad modicum calidi et ficci venti flatum incendiuntur. cuius incē sionis occasione aliquando vicina nemora mirabiliter ardiuntur. de rāp no eciam ꝺicit plī. li. xxij. Item genera arboꝝ frutex spinosus est et rāp nus. habens ramos et folia in quibus sunt aculei recti non habens in ra mis quosꝺaȝ folliculos rubentes siue fructus in quibus est semen habēs virtutē attractiuā nā et secūdinas in vtero trahit Est ār arbor magne a maritudinis tā in radice q̄ in foliis et in ramis. ē tn vtil medicine Mā ex succo radicis et tirsoꝝ p decoctōm fit medicamē qō medici licitū vocāt in q̄b⁹ꝺā aculeis lucioꝰ ꝺr qz oculos reddit claros. nā maculā ocli delz et vȝ otra lippitudinē et alia vicia palpebraꝝ et ad aures pruriētes et gigi uas pustulas et sāguinis exsercacōs et otra mulierꝝ pfluuiū q̄ habūdāt hūores superflui in matrice quā optime purgat et iuuat. etyt ꝺicit plī. sanat vlcera labioꝝ et vȝ ad fissuras lingue vt ꝺicē ibē. ¶ De resina.

Resina vt ꝺicit ysi. li. xxij. est lacruma sudore lignoꝝ exalata vt balsami seralupini et lentisci et arborum et eciaȝ virgultorum

q̄ sudaē

q̄ sudare phibentur. reyn enim q̄ ece emanare ꝺz vel sudare sicut ligna o dorifera orientis sicut gutta balsami aut ferulaꝫ quaꝫ gutta durescit in gēmā scz in electr. Prima āt resina ꝺz therebinthina et est ꝑstantissima ꝑ alias et defert de arabia iudea syria cipro et affrica et ab insulis maris Secunda est lentiscina q̄ mastix vocat. he de chio insula deportant. Tercia est pinealis et hec nunc est liq̄da nunc dura inueniť. hucusq; ꝑli. Resina igit ꝺz q̄libet gramen liq̄ū vel arꝺū. liq̄da resina vt balsami et thē bintina dura vt mastix thꝰ et mirra et hmōi. Omnis āt resina ꝑmo ē molť et liq̄da vel viscosa. q̄ in prima sui emanacōe et aliq̄ remanet liq̄da et alia q̄ calore vel frigore indurať. Omnis āt resina ē vtilis in medicina et iō resina posita in nobilibus antidotis et vnguentis. naturas autem et virtutes singulorum quere in locis suis.

¶ De rubo.

RUbus est densitas spinarum et vepꝛium' et aliorꝫ fruticum et aculeos habencium quando in aliquo loco creſcūt simul vt dicit ysi. et est rubetum siue rubus nomen appropriatum spinoso fructui ferenti mora agrestia. ꝺb' pastores relinant famē suā. Tui' frcūs ꝑmo ē rube' et iō a ruboꝛe frcūm est dict' rub'. in ramos longos graciles et rotundos spinosos et densatos sub rubeos et in se deflexos se diffundit. c' folia sunt breuia et in laterib' sūt scissa aliq̄naliū et acuta. hñcia exterius q̄ꝺā aculeos paulos'. paꝫ curuos et adunc os valde pungitiuos. Hñ totus rubus a radice vsq; ad sūmitatē aculeatus est et spinosus. c' aculei vers' terrā paꝫ recurui ad similitudinē dēciū sūt formati. c' frcūs ꝑmo est viridis dur' et valde stiptic' deinꝺe fit rube' paꝫ acetos' vltimo efficitur nigꝛ et dulcis q̄n penit' matur'. C' succ' ē rube' et inficit sicut sanguis. et est frcūs exteri' tenuissima pellicula. molli circumdatus vallicule quibusꝺam distinctus et cum quaꝺam rotunditate parum cleuatus seo plenus est quaꝺam carnositate humiꝺa interius et granosus et est arboꝛ medicinalis cum fructu suo. Est enim rubus frigidus et sicc' ꝑm plat. vt dicit idem. Dicit etiam constantinus. summitates esse eius stipticas et valere contra caliꝺa apostemata et vsturas. et contra rubores oculorum si tinct eius cum albugine oui conterantur et apponantur. succus etiam turionum eius et tenerarum valet etiam contra dissenteriam cum aqua ordei. hucusq; plat. de fructus autem eius vtilitate quere supra in littera m. de moris agrestibus. in terra quidem sterili creſcit et est optimum contra ortos et etiam vineaꝝ munimentum. Nam sua spissitudine bestias et transeuntes homines arcet ab ingressu. leporum et huiusmoꝺi minutorum animalium est receptaculum. auium in eo nidificantium defensaculum et latibulum. nam ad hoc ꝺati sunt ei aculei a natura

vt eis quasi cū mucronibus se defendant et iō mā' inuadenciū fructus suos vulnerat et pūgit et ad sua interiora aduersarios ingredi nō pmittit Rubus etiam umbrosus est et obscurus sua densitate soli non pauus. et ideo colubris et alijs venenis reptilibus est amicus. et ideo a rubo ōr ruberta q̄dā rana venenosa que rubos inhabitat et frequentat. vnde nec ta rubos dormire non est tutum propter eius venenosa vt dicitur in hi'toria super eo.

De ruta.

RUta est medicinalis herba dcā eo q̄ sit feruētissima. c' duplex ē species sc̄z agrestis et dōestica. et vera q̄z est feruida q̄ agre'tis magis vt dicit pli. li. xxij. ca vlti. hanc venenis otrariari et repugnare docent mustele. q̄ primo rutam omedunt et ei' odore se muniunt et virtute anteq̄z dimicent cum serpente vt dicit idē. ymmo mustela vim rute noscens pocius ip si' eum inuadit secure et interficit basiliscum vt dicit pli. diaſ. et ost. Multis siquidem laudib' eam extollit pli. li. xx. ca. xxvij. fere p̄ cunctis herbis. dicit enim virtutem habere calidaz sc̄z et siccam. stomacho confortatiuam si sepe potet. Item vim habet pt' motiua expulsiua. et immundiciaꝝ matricis eductiua et dīūptiua et p oēs purgatiua. Itē virtute h̄z humoris veneri dīumptiua. et p ipsi' appetit' in masculis repressiua. q̄ in eis incēdit siccitatē et caloē oplexionalē in masculis dñantem. et quaꝝ q̄litatū intensiōe desiccat humor et dīmitur qui solet esse in viris causa veneri appetitus in mulieribus autem frigidis et humidis operatur et causa contraria contrariam suprad'ictis. decoctio e iam ruthe sedat dura tormenta ventris si potetur. Hec herba calida super ventris regionem cathaplasmetur mundat et iuuat pulmones et pectora ab omni causa humida et frigida membrorum spiritualiū infectiua decocta cum oleo vermes ventris necat cruda commesta acuit visum oculorum caliginem dissipat atq̄z curat fluxum sanguinis per nares eius succus naribus instillatus desiccat et sedat commesta vel potata venēis omnibus potenter obuiat. et omnium venatorum morsibus cum allijs sale. q̄ nucibus contritis pariter curat mire. succus eius naribus instillatus a fleumate caput purgat. et epilenticos multum iuuat. dolorem dencium eius decoctio relenat. membra paralitica ad sensum reuocat et poros p' clausos deopilat. ventositatem intestinorum potenter extenuat. et omnē interiorem dolorem sedat. lippitudinem oculorum et ruborem cuz cimino in aqua rosacea ruta mixta mundat mirabiliter atq̄z sanat. Cuius odor omnia venenosa de ortis fugat. et ideo plantatur circa salutam quam p̄ petes diligūt' bufones vt eos fugz. De ruta q̄z dic̄ pli. li. xix. c. ix. ruta vult

seri.

seri in equinoctio autumpnali. odit hyemem frigidum et humorem. siccis gaudet temporibus. terra latericia ac cinere vult nutriri. et cum eius semini debet misceri vt careat erucis. mustū rutatū bibebant antiq̄ romani otra venenū et alias multas passiones. viz seminatiuā hz in semine in stipite in surculo siue in radice. naz incuruato rami alicuius carmine statim fixa in terra radicatur et difficilime arescit. amicicia est ei cūm fico in tñ vt nusq̄z lector conualescat q̄z sub ficu vel iuxta ficum Item dicit idem li. xx. erraut pitagoras qui putauit oculis noxiz esse rutā qz sculptores et pictores omedunt rutam causa oculoz et acuit eoz visus. p̄caueant āt grauide ne omedant rutā. qz ptus interficit cibo tali. otra pstuuū genitale vsf. et veneré crebro p̄ somnia ymaginantib". succo rute iuncti a scorpionib" et arancis ab apibus vespis non punguntur et a succo acute qui eciā est venenū veneno inficiunt. hucusq̄z pli. li. xx. ca. xiij.

De saltu et eius ꝓprietatibus

Saltus est vastus et siluestris locus vbi arbores in altū exiliūt et crescunt vt dicit ysi. li. xiij. Dicit ē idez li. xiij. saltus est densitas arboz alta vocata hoc nomine. eo q̄ exiliat in altū et ꝺ surgat et differt a silua nā in silua crescunt arbores plures et breuiores et spissius et intimus sibīuicem ꝓpinquantes Jn saltu vo arbores sunt pauciores ꝯ electiores sunt et maiores vnde silua est spissū nemus et breue et dicitur a silen quod est lignū qz multa ligna ibi cetunt̄ nascunt̄. et est idem silua nemus et lucus ꝯ silua dicit a sylen quod est vastitas vel silencium. qz silua ē vbi loca sunt vasta et deserta et silencio plēa Nemus vero a numine nuncupatur. qz ibi sez in siluis vvola statuebant et pro numine adorabant Sūt autem nemora arbores maiores vmbrose frondibus Lucus autem dicitur densitas arborum solo lumine distincta heas et dicit̄ per antifrasim a luceo. ces lucus. q̄si lucens maxime sicut piscina dicitur quasi minime pisces habens vt dicit ysi. li. xvij. Saltus et siluе siue nemora sunt loca vasta et deserta vbi crescunt ligna infructuosa multa et fructuosa pauca. et sunt infructuosa maiora et altiora generalit̄ q̄z fructuosa paucis exceptis sez quercubus atq̄z fagis. a feris siluestrib" frequentantur gramina et pascua in siluis et saltibus generantur. herbe medicinales in nemoribus et siluis precipue montuosis reperiuntur. in estate virore frondium et graminum decorantur. in siluis est locus de uctionis et venacionis. nam venantur in eis fere et in eis multiplices insidie a canibus et venatoribus preparantur. Jtem locus occultacionis nam in siluis sepius predones et latrunculi occultantur in quorum incidentes insidias transeuntes spoliantur sepius aut iugulantur Item in siluis propter viarum multitudinem et semitarum incertitudinem sepius deuiant.

deuiant ignoti.et viam incertam et ignotam ꝓcognita eligentes sepe ad latrocinia latibula non sine periculo deducunt et ideo fiunt nodi et signa in arbustis siue arboꝝ ramis vt vie tute et certe viatorib⁹ ostendant.a latronib⁹ aũt in huiusmodi aliqñ immutant hmõi nodi siue signa.et sic ꝑ signoꝝ falsitatẽ multi deuiant et a rectitudine abducunt Itẽ ad siluas aues ꝯfugiunt et apes.ille vt nidificent iste vt mellificent.aues vt ab aucupe tueant apes vt mellis fauos in arboꝝ concauitatibus ꝯponentes secretius abscondant Itẽ cũ silue ꝓpter eaꝝ densitatẽ sint frigide dicte et vmbrose.viatores estu solis fatigati in vmbrosis vacare refrigerio delectant Ex siluaꝝ aũt multitudine regionũ termini ab inuicem distinguuntur et ꝑ arboꝝ mutuas cõpressiones et indagines ab hostibus defensantur

¶ De salice.

Salix arbor ẽ ꝙdã sic dicta eo ꝙ celeriter saliat p⁹ꝙm aliq̃ loco figitur vel plantat vt dicit ysi.li.xvij.arbor ꝙdã lenta est et mollis vnde⁹ dest vineaꝝ palmitibus vinciendis apta et colligandis vt dicit idem ¶Hec arbor fructũ non hz seo soluz semen siue florem Cuius seminis dicitur hanc esse virtutem. vt si quis illud in pocio hauserit filios non generet.ymmo etiam filias efficit infecundas hucusq; ysi.li.xvij.De salice autem dicit pli.li.xxxvi.salicum diuersa sũt genera.nã que in magnam virtutem et proceritatez virgas emittunt.crescunt quoq; in altũ et pariunt pticas vineaꝝ quaꝝ cortices longi sunt et spissi ac fortes interius albi et exterius viridis ex quibus vincula componũtur.et tales salices quamuis sint fortes non tamen sunt ita flexibiles vt minores.et ideo cicius confringuntur q̃z ad liganduꝫ circumtorqueantur Sunt et salices minores et ceteris graciliores ductiles supra modum ac flexibiles ita ꝙ circumflexione non rumpuntur.ymmo ad instar filij cotij fortificant et inde fiunt vimina ad vites et ad dolia colliganda Est et tercia species salicis inter duas primas.et est in quãtitate et in flexibilitate mediocris. nã maior est flexibilior cortice et rigidior est minori . ymmo et illius rami dependentes sunt colore candidi.et contractu lenes atq; plani non nodosi.ex q̃ bus fiũt varia superlectilia vt sedes sportule et canistra. per complexionẽ autem et tonsuram densior fit in ramis Omnis enim salix quamuis sit quoad fructum sterilis tamen in frondibus et in ramis fertilis est. et maxime si tempore debito scz in marcio vel aprili tondeatur vt dicit idem li.xvij.c. xx.dicit idem inter occiduas arbores que plantãt preter alias salices optinent principatum que si binis pedibus a terra putentur coercentur ne in altum crescant . sed in latitudinem se diffundent vt vlterius fine scula tondeantur . et cetera . Omnis vero salix tanto in ramis est fecundior quanto quidem terre est propinquior Processu quoque temporis ,

quando.

quando multum antiquatur salix deficit paulatim et putrescit.et eius pu
tredo incipit interius a medulla.et ideo remanet interius tota concaua ꝙ
vacua.et tamen naturaliter exterius viridis atq; pulchra In cuius cō
ueate sepe latent venenosi vermes . vt colubri et serpētes. et ideo dormi
re sub aliqua salice non est tutum.hucusq; pli. quamuis autem inutilis ar
bor sit salix quo ad fructum.utilis tamen est medicine Est enim frigida et
sicca vt dicitur in plat.et habet vim constringendi et dissoluendi. et febri
lem calorem mitigandi si detur in potu succus foliorum eius. valet etiam
contra dissenteriam puluis corticis combustus in potu sumptus . Idem
etiam puluis consolidat vulnera vlcerosa Idem etiam puluis curat ver
micas interius in potu sumptus et exterius cathaplasmatus.rami et fol
a aspersa aque aerem infrigidant.circa febricitantes et eos recreant et c
fortant ꝙ sompnum prouocant hucusq; plat.

¶ De sambuco .

Sambucus vel sambuca est arbor mollis et qua ex qua compo
nitur quedaꝫ species symphonie que dicitur tibia vel sambuca
vt dicit ysi.li.xij.in tractatu de musicis instrumentis Arbor enī
est habens longos ramos rotūdos et planos.exterius valde
solidos et compactos.intus vero valde concauos quadam molli medul
la plenos.cuius folia sunt plana et crassa ac grati odoris . flores autem
habet multos candidos valde aromaticos et minutos.corticem eciaꝫ ha
bet duplicem exteriorem fuluum et interiorem viridez et ille cortex valde
humidus est actualiter.et eius succus conuenit medicine pluries in anno
flores et fructus facit nigri est coloris et odoris horribilis et saporis . et
ideo inutilis est ad commedendum Est autez sambuca arbor calida et sic
ca.cuius cortices folia et flores conueniunt medicine vt dicitur in plat.di
ureticam habet virtutem et diuisiuam et attractiuam.et fleumatis purga
tiuam.et ideo valet contra quotidianam febrem| ex fleumate procedentē
succus eius per se vel cum melle lumbricos interficit.decoctio corticis me
diani cum vino duriciem splenis et epatis soluit Idem faciunt folia in ole
o decocta et cathaplasmata folia eius et cortices ac fructus decocti in a
qua salsa tumorem pedum dissoluunt si pedes inde fomententur succ' va
let contra ydropisim et frigida causa.decoctio eciam foliorum et fructū
in vino fortissimo multum confert contra lepram ex fleumate si frequēt
fiat.nam fleumaticos humores corruptos vel corruptioni dispositos mi
re purgat.mirum autem est videre in sambuco nam si cortex medianus ſti
pitis vel radicis radatur versus superius per regionem superiorem pur
gant et si inferius per partes inferiores soluet . vt dicit plinius. diascor
des et plat.et cetera.

De saluinca.

Saluinca est herba ſm hug. ſpinoſa et modica a ſaliendo dicta eo q̄ facit ſaltare ſe calcantes. et ideo dicitur gallice thauthe crape. q̄ capit et ledit pedem ſe calcantem Et hoc videtur dicere virgil⁹. dicens puniceis q̄ ſaluinca roſetis. et ſm hoc est herba cui⁹ radix est magna et longa. pinguis mollis et carnoſa ſicut paſtinaca et ſolet poni in electuariis et dicitur alio nomine yringus et emittit quaſdam haſtulas duras et angulоſas in quarum ſummitatibus creſcunt quedam capitella circumquaq; acaleata ſicut calcaria et creſcit in ſra ſterili et arenoſa et ab aliquibus ſcorpio vocatur q̄ ad modū ſcorpionis pungit ſe tangentem. ſm pli. autem li. xx. ca. vij. ſaluinca est brevis a modica. foliоſa et ramoſa. et denſa quaſi manu preſſa multū aromatica fere vt narci ſpica. et quibuſdam radicibus minutis adheret. in panonia regione naſcitur in locis duris et lapidoſis. et est herba calidā ſicca ſubtilis ſba amittū diuretica. cui⁹ radix decocta in vino ſiſtit vomitum. et ſtomachum multum confortat vt dicit pli. li. xxi. ca. xx.

De ſtacte

Stacte dicitur gutta mirre arboris et est idem q̄ ipſa mirra vt dicit glo. ſuper geñ. xxxvij. Et declinatur hec ſtacte huius ſtactes. inuenitur autem ſtacten indeclinabile Unde yſaac ca. iij. vbi loquitur de odoribus dicit. ſtacten incenſum q̄ ex preſſura manat. et est grecum nomen. quere ſupra de mirra in littera m.

De ſtorace

Storax vt dicit yſi. li. xvij. ē arbor arabie ſimilis malo ciconio. cuius virgule circa caricule ortum cauernatum et lacrimatim lacrimaz ſtillant. cuius diſtillacio in terra cadens munda non est. ſed cum cortice proprio ſeruatur. Illa autem que virgis et calamis inſerit albida est atq; munda ſed primo efficitur fulua calore ſolis. quedam autez eius ſpecies dicitur cana calamites que et pinguis et reſinoſa humecta et velut melloſum odoris liquorem iocunde mittens cuius gutta profluens et coagulata ſimili nomine appellatur. nam greci ſtiriam dicunt guttam. grece vero ſtirax latine ſtorax appellatur vt dicit yſi. idem dicit gloſa. ſuper eccl. xxiiij. Storax itaq; arboris ſtiracis ē gutta et est multum efficax in medicina Nam ſm diaſ. et plat. calida est et ſicca. ſubſtanciam habens glutinoſam. et virtutem habet attractiuam. cui⁹ triplex est maneries ſcz calamenta ideſt bona gutta et prima que primo ab arbore effluit et emanat Alia est ſtorax rubea que fluit poſt primaz q̄ est puriot Tercia in colore est ſtorax liquida rufa. in odore ſuauis. in ſapore pontica. et ſubſtancia magna. et in manibus malaxari poteſt. Que autem

autem dulcem habet saporem sophisticata est. discernitur autem sophi
sticata qr si vetus est dum malaxatur pulverizatur et in frusta cadit. si re
cens est humectatur nimium inde manus et non satis mundicatur et plus
habet dulcedinis q̄z deberet. liquida non sophisticatur. Inter has
tres calamita maxime est virtutis cerebrum mire confortat. fumus ejus
omnem reumaticum fluxum sedat Caphala et ea facta gingivas et dē
tes motos roborat et confirmat. menstruus impat otra tussim et rauce
dinem bene iuvat. utiliter vero ponitur storax in emplastris contra tincā
et pustulas capitis et multas alias passiones. Ducusq̄ diaf. et plat. fum⁹
storacis vt dicit ysidorus. purgat aerem corruptum et fugat omnez va
porem et fumum pestilentem.

¶ De sicomoro.

Sicomorus est ficus fatua in foliis moro similis in aliis ficus
speciem tenet vt dicit magister in hist. in li. xxvij. Sicomorus
et morus greca nomina sunt Et dicta est sicomorus qr in foli
is moro est similis. hanc latini celsam vocant moro enim lōge
pcrior et maior est. vel p̄z alios dicitur a sile q̄ est ficus et moros quod
est fatuitas quasi fatua ficus sicut dicit glo. super lu. xix. Et est sm diaf.
sicomorus ficus silvestris fructus quosdam proferens subdulces sed nū
q̄z pveniunt ad maturitatez sicut de caprifico dicit phi. li. xv. ca. xix. silvest
ris ficus nunq̄z maturesc it. aliqui tamen comedunt tales fructus. dicit e
tiam diaf. q̄ sicomorus aptde contusus emittit lacrimam ad modum gū
mi et idem est medicinale. nam succurrit morsibus venenatis si bibat tu
moresq̄ splenis compescit. dolorem stomachi tollit.

¶ De spina.

Spina dicitur arbor aculeata sic dicta qr spinaꝝ acumine velut
quibusdam spiculis contra tangentiū injurias est armata vt
dicit ysi. a cujus similitudine dicitur spina dorsi propter radio
los ossium que sunt acuta sicut spine. Spina ät proprie dicitur
aculeus qui a stipite exiens spissus et grossꝰ in sua extremitate piramida
lis efficitur et acutus cujus rationem potes invenire supra eodem libro
vt dicitur de arbore in generali et dispositione arborum vbi dicit q̄ non
est de intētione nature q̄ arbores sint spinose que accidit ex raritate plā
te per quam attrahitur humor frigidus paruz coctus qui per poros ad
exteriora attractus a calore solis ad spinam coagulatur et propter pau
citatem materie que attrahitur in fine acuitur ꝛ piramidaliter figuratur
et hoc aliquādo cum quadam inclinacione vt est videre in rubis et in ro
setis aliquando in erecto acumine ad modum spiculi sive teli. spinaruz ät
frequencia signum est terre sterilis vel inculte et est quasi generale q̄ oēs

frutices

frutices et arbores que multū sunt spinose mutuo se iuuant et alterutr̄ se muniunt et defendunt et contra manus sibi resistentiū pugnant et vulnerant nunq̄ tamen inuicem sese ledunt propter suam densitatez radios solares intercipiunt et rotifluas celi guttas ad eos que sub eis sunt descendere non permittunt et ideo que iuxta spinas vel intra seminant̄ non de facili conualescunt spinarum punctura manus vel pedes sepius vulnerantur et non cessat dolor nili de locis lesis totaliter extrah̄atur propter sui acuitatem et punctura vix sine falce vel sarculo ferreo euelluntur et tamen fiunt aualle alligate per fasciculos in clibano exuruntur sepe etiā inter spinas apparent flores et etiam fructus multi Ideo propter florum molliciem non mollificantur spine ymmo deficientibus foliis remanent spine et amplius indurantur propter eorum naturalem siccitatez de facili in igne accenduntur et vehemēt inflāmant et scintillantes ac crepitantes sonitū non modicum faciunt.sed statim postmodū adnichilantur. sic̄ dicit glo sup vij.c.eccle.non tamen spine penitus inutiles sunt ymmo multis vsibus cōgruentes.nam ex spinis fiunt sepes quibus homines se et sua muniunt multiplices etiam generant fructus vtiles quos desiderāt quere supra de rubo in littera R.

¶ De lignis sethim.

Ligna sethim esse dicunt quedam arbores spinose leues impu tribiles similes albe spine que grece acharicis dicitur sup exo xxv.vbi dr sethim nomen est regionis mōtis et arboris q̄ albe spine in foliis est similis et est leuissimum lignum imputribile ⁊ incremabile Unde dicitur in aurora.ligna sethim torpent nulla putredine iustos.signant in celum qui sine fine nitent spina sethiz vocant quia vi quia penus et quia tormentis itur ad astra dicitur fm diasc.et plin.virtus est illi stiptica et constrictiua et fluxus sanguinis sedatiua.folia autem aspera spinosa et albida florem habet purpureum et virgulas longas ad grossitudinem manus digiti in quarum summitatibus habet capitella spinosa semine rotundo plena et valet contra venenum fugant serpētes odore eius et potatum quia putrida membra fouet et iuuat.et cetera

¶ De sentice.

Sentix cis. genus est herbe vel fructus habentis aspera folia pinguia et duula vt eruca virgas habet duorum cubitorum et dicitur sentix a siti vbi crescit quia inter dura et inculta crescunt sentices sicut spine vt dicit ysidorus. capitella habet vt cardinus cuius radix est rufa longa pinguis et est etiam medicinalis et subtiliat combusturis vt dicit diascorides. et valet contra intrinsecam compunctura.m .et cetera.

De sepe

De sepe.

Sepes sepis est genus minucionis facte ex sentibus spinis atq; lignis nam sudes siue palus in terra figunt circa quos spine et virgule circūnectunt et sic dom⁹ vel segetes sepis beneficio munimunt et dicit ē seps h⁹ sepis Unde ecclī xxxvi. vbi nō est sepes vinpiet possessio Circa sepes eciā latitant venenosi vermes vt raue colubri et serpentes. vnde a sepi ōr seps serpens c⁹ venenū non solū corp⁹ verūt ossa destruit et absumit. ynde lu. xx. Ossa q; dissoluens cū pectore tabificus seps ē. et loco iuxta sepē dormire periculosū est ꝓpter latēcia venenosa Sepes ymbrib⁹ et caumatibus exponunt cito deficiūt nisi renouēt et dū res alienas custodiunt soli expositi paulatim se absumunt et tandez exiccati et putrefacti nisi incendiū ꝓmerent Dsepi autem siue a sepio sepis dicitur septum septi id est ambitus locus seu circumclausus. dicit eñ intra septum templi id est intra ambitum seu clausuram

De sude.

Sudes sudis est palus vtraq; extremitate exacutus a suo sudo dict⁹ q; sepes q̄n̄ contexta sudib⁹ videt eo q; sudes p eā et trāsuerso figunt vt dicit ysi ēm hug. vero sudes ōr a sudo sudis vel a sudus da. dū. qd est munt⁹ et pur⁹ eo q; sudes mundant et purificant p⁹ q̄s terre infigant q̄ tanto fortiore faciunt sepē q̄nto pl⁹ in terra ꝓfundant et virgis eas circumdat⁹ fortio⁹ astringunt. et est sudes feminini generis et dicit hec sudes h⁹ dis vt dic hug. et ouidius met. dicit cuius que contuncta est humeris eruit sude figis combusta. et cetera.

De siliqua.

Siliq̄ ē ge⁹ leguminis sonoris foliib⁹ et vacuis qō magis ollerat q̄ reficat vt dicit glo. sup lu. xv. ēm hug. siliq̄ ōr folliculus c⁹ cūq; leguminis et purgamentū ex q̄ potest nutrīt ysi. ōt li. xvij. dic siliq̄n quā latini incorrupte siliq̄ vocant. nō tale nomen a greēis accepit q; est arbor c⁹ fructus ē dulcis Et nō ꝓpe significū dicit siliq̄n dulce et huic sūe accordat ysi. li. xvij. c. xxiij. vbi dicit q; frēs siliq̄ sūt ꝑdulces et et habent longitudinem ynius digiti et pollicarem latitudinem quoq; cortex manducat vt dicit idē li. xvij. c. xx. q; aliqui dixerunt eā esse ficum egipciaz sed hoc est error manifestus quia in egipto non crescat sed in siria.

De sinapi

Sinapis ōr a sin qd ē sūl et nap⁹ q; in foliis napo sit simil vt dic ysi. li. xvij. de sinapi dicit ysi li. xx. c. xxiij. Inē hos q̄stus pict ag. laudauerat herbas asserit ꝑmā laudē ebullisse sinapi et dic eā i ē ebas optinē ꝓcipatū calida ē et sicca in. iij. gradu. h⁹ flores grossos viscosos extenuat atq; purgat ꝓpētū et scorpionū ictus admixto aceto.

acero sanat frigora venena supat dēciū doloſē mitigat ad cerebꝝ et ipm mirabiliter purgat ofringit lapidē et menstruis impat appetitū ꝓuocat et stomacū ꝯfortat epilenticos iuuat et ydropicos curat litargicos et ciatat et eos multū iuuat capillos mundat et eoꝝ casū ꝓpellit incongruos ūt sonos auriū et tinnit' tollit oculoꝝ caligine detergit et aspitatem palpebraꝝ lenit ꝑalliticis subuenit qz poros aplt et tūoſē infūdentē neruos et laxantē et unsibilitatē inducētē dissoluit et mouet et ostūit has et multas alias ipius laudes ꝓicat pli et virtutes et dicit ꝙ maior est vis in semine semen ēt minimū in ꝙntitate et maximū in potestate. mīt ēt enim ē calefactiuū aperitiuū et ostꝛuctiuū et sui multiplicatiuū et uno ei grano minimo maxima planta ꝓuenit. ꝙ fronte flore et germine in īmēſū dilatat. semen et' in ꝙbusdā folliculis siue tectis oblongis et rotūdis crescit et illuꝝ tecaꝝ beneficio usqz ad maturitatē ꝯseruat. flores āt sunt multū croceī et odoriferi et cū tota herba feruida sit et austera flores e' maxime ab apib' diligunt et frequentant vt dicit pli. et tm nūqꝫ ꝯtingunt flores oliuaꝝ vt dicit pli. li. xv. c. xvij. ita cē in se multiplicat vt ubi semē sēnat vix locꝰ iā ulteꝰ uberat et ubi semel cadit ꝓuinꝰ uirꝫ vt dic idē li. xix. c. ix.

De semine.

Semen ē ꝙ in agro spgit ad gignēdū frūm ꝙrtis ꝑ ꝙnda aꝛꝓ pacōm dicat animaliū quod eligitat ad ꝓcreandū fetū vt dicit ysidorus. semenis vero ē semen frugū qñ ē tps seminādi sez actꝰ seminacōis a multis etiā dicebat ꝙnda dca vel dña seminacti ois. seminariū vero est uniuscuiusq; rei exordiū vel uas in quo semē ponitur seminandū. seu seminū ꝺcꝺ a semine est lucretius ita dicit hug. et ponunt uersus differentiales in grecismo. est animatoꝝ semen campiqz satoꝝ sementis proꝓie sementinū ꝙ in archa clauditꝫ atq; suo spgēt tpe in agro. seminū cuiusqz rei dicatur origo. semen āt vt dicit pli. li. xviij. c. xxiij semen bonū est āticulum binum vel trinum. Deo ulterius paꝛ vꝫ et illō granū qđ in aerea subsedit semine seruandū est illud. est enꝫoptimū qñ grauissimum et est illud semen optimum quod est magis ponderosum et interius album sm qualitatem autem terre est semen densius vel rarius seminandum similiter citius vel tardius. nam in locis humidis celerius nec semen ymbre putrescat in siccis vero tardius vt pluuie sequantur nec diu iacens semen ultro euanescat. est autem serendum minus de semine ērā pinguis hūda ꝙ in macra. qz in ērā pingui in ꝓncipio nimis crescit et ꝑ sui multiplicacōm nimiam in fine mutuo se destruit opprimit et ostruit semina. Quod celerius et citius seminatur debet esse densius ꝙquod tardius solo commendatur. semen enim serotinum debet esse rarum ne nimia densitate necetur. artis quoque est semen equaliter spargere.

nam

nam manus ꝯgruere debet cū gressu semper qz cuz dextro pede. nec est transferendū semen de locis frigidis ad calidiora nec econuerso nichilqz in otraniū ꝓpiendū ē semen seminatū in macro solo raro facit culmum spicā minutā generat et manē pinguia vero arua ex vna seminis radice fundant segetē nernosā In autūpno vero circa equinoctiū ē tps contrazendum seminationi. similiter et in vere. sed in recta pruina serendū nō ē. quod pz ꝙ hiberna semina cū ante pruinā seminant septima die erūpunt. sed ꝑ pruinā vix infra quadraginta. huiusqz pli. c. xxiij. semen itaqz est granuz modicū et rotundū hās in se virtutē siue speciē multiplicatiuā et cōseruatiuā vnde cū semē terre omittitur extumore turgescat. et ex calore terre in clauso ꝓtes rarificante. et hūores circūstantis terre ad sui tpamētū attrahente violescat et grandescat et sic cuticula seminis scissa germen paulatiz emittit. et radices inferius in terra figit ꝙb' ꝯtinue nutrimētū sibi haurit et sic tandē vi caloris terrā insensibiliter aperit erūpit et se ꝓducens culmū frondē florē atqz semen et fructum et ꝙuis modicū sit quod seminat maximū tñ ē qđ ex semine generat a stultis putat perdi semen qñ serit. et tñ meliori mō qz ꝑ seminacōz nullaten' custodit In semine etiā viget seminalis rō in q̄ opat calor naturalis. et ad et' augmentū ꝑfitet nutrimētū hūor nutrimentalis attrahitur vi caloris De semine ūt mediante culmo surgit spica qui fm ysi. li. xxij. a spiculo dicta est. eo ꝙ in spica ꝓducantur aristaz culmi qui ad modum spiculoz sunt acuti ad hoc enim facit natura aculeos in ipsis spicis vt otra subitos auiū minutarum et vermiculoz motus in spicarum summitatibus essent arma vt dicit idem Spica autē fm diuersorum seminum naturam se diuersificat in figura. nam quandoz est lata vt in ordeo quandoqz triangula vt in spelta. quādoqz tetragona seu quadrangula vt est in tritico. aliquando est rotunda vt dicit pli. et aris. Est autem spica in culmi summitate multis folliculis circūdata in qb' velut in matrice grana seminalia nutriuntur et vsqz ad maturitatis tempora conseruantur Qui quidem folliculi erumpentes cum grano primit' manent clausi deinde paulatim turgescentibus granis maxime in tritico fiunt fissi vt dicitur super li. aris. de plantis spicarum capita generalit in principio calore eleuante sursum eleuantur sed quando tendūt ad maturitatem ex granoz pondere inferius aliquantulum inclinantur. preterea quando sunt spice in viroze ex corrupto aere et roze perfuse in corruptelā et auriginem conuertuntur ymbre vero et roze congrue perfuse et calore celesti modo debito circūfote ritius maturescunt et propter roris hūectationem grana sua de folliculis cadere non permittunt vt dicit pli. li. xvij. Item dicit constanti. et ysa. et al. Ex bonitate autem terre cognoscitur bonitas spice quia in terra bona et pingui generat spica bona. ꝙntitate

magna

magna et granoꝝ numero strate sicut multiplex arista. in terra vero sicca et macra econuerso vt dicit plinius libro eodem.

¶ De stipula.

Stipula ab vsto est dicta q̄si vstipula collecta in messe stipula vnde ꝓpter culturā agri vt dicit ysi. li. xvij. vl stipula ōr a stipo stipe a stipo pas. qz stipula fac culmū qué stipat vt dic̄ hug. Est ꝓpe stipula vēq̄ stramē vl palea cū folijs et vaginis q̄ relinquit in agro spicaꝝ multimodis p̄scisa sal ob et a messoꝝ collecta et hec stipula a multis recolligit ad diuersos vsꝰ Nā q̄dā inde domos o tegunt q̄dā loco straminis stipulā sibi sternunt. alij paleaꝝ vice animalia inde reficiunt. alij vero stipula ignes nutriunt et panes et cibaria inde coquūt vt dicit plini. li. xviij ca xxx. quere supra de palea in littera p stipula quidem ē res leuis et concaua et sicca et hūpida. et vento subdita et ab igne facilime inflammata vt dicit idem.

¶ De similia.

Simila ētici ē medulla farina scz purissima et delicata vñ sit panis nobilis q̄ similago ꝓprie nuncupatur et ē flos tenuissime forme mūdissie ⁊ albissime. et mollissime ac diuersis cibis apte et etiā medicinis. ūre ꝛ de farina in lrā f. et de polēta in lrā p.

¶ De scopa.

Scopa ē arbor a scopā do dicā a scopo pis. vl a scopo pas. idē ē q̄ purgo as. eo dicā q̄ ex eo scopent tecta vt dicit ysi. li. xvij. hec a multis ōr birch et hz q̄nq; fol. a leuia sic̄ tremul eo q̄ ei folia cū sint tenuissima leuissimo vētoꝝ agitatu tremē vident. multas hz ꝛgulas duras et nodosas q̄b pueri dorꝫ denudatis sepi cas figunt Ex ei ce ramusculi fiūt scope q̄b purgāt dom et a pulucre et alijs sordib eas mundāt. semia q̄dā facit vacua ad modū q̄driuiaꝝ siue siliq̄ꝝ q̄b vtūt hōies siluestres loco pānis. hz ār hec arbor multū de succo acido ali q̄ntulū pūgituo. vñ solēt hōies in vere et in autūpno cortices incidere et hūoré eff uēté recolligere quē bibūt loco vini talisq̄dē poc̄ius scoratq̄ o pescit multū inflat vt dicūt q̄ ñ reficit nec iebriat neq; nutrit Joē ce sacc in a liq̄ vase sub fano diu a calore sol decoct corrūpit et putrescit. et quertit i pm gredinē et efficit vt vnguētū. mlti ex detrahūt p ignis decoctōm ad modū picis et q̄uis sit horribile et nigꝝ ferūdūq; tñ multis vsib ē necēm et nō fugiant hōies in desertis semine et succo ist arboris vtūt ꝓ ānona. ꝓ vinea. et etiā ꝓ oliua vt tangit pli. vbi agit de arboꝝ succis libro. xx.

¶ De stupa.

Stupa est purgamentum canopi siue lini. Et dicitur stupa anti quos stupa eo q̄ ex ea rime nauium stipentur. Unde etiam et

stipulatores.

stipulatores dicūt q̄ eā prepāt in vallib⁹ et oponūt vt dicit ysi. li. xix. vbi agit de lanis p multas carpinacōs et pectinacōs stupa lini vel canopi ba sepak separata grossior novoliov et hispidior et breuior inuenīt et iō ad vendendū et filū oportendū non est multū apta. fiunt tñ inde fila mk tū grossa et inēqlis et nodis plena. ex quib⁹ fiunt ligamina necessaria vsi b⁹ candele aꝑ nā cū sit magne siccitatis de facili inflāmat vnde subito ac cendit et citissime redigit in cinerē et faullā q̄ certū quīt amaꝑ reddit fumū tetꝑ oculis et naribꝫ nociuū. vtilis ār est stupa medicine q̄ a suis bastulis est bene purgata. vꝫ enim ad vulnera deficcanda et sanāda ad mitigandū arsurā et reprimendū rumorez oculoꝝ vt dicit pli. li. xix. ca. x.

¶ De taxo.

Taxus est arbor venenata. ex cuius succo venena torica exprimunt. Arbor est fortis et ꝓcera hās ramos grossos flexibiles et lon gos ex q̄b⁹ faciūt parthiar⁹ sicut dicit ysi. li. xvij. vñ poeta tan torquēt in arcb⁹. ei⁹ vmbra ē nociua et dormientib⁹ sub ea mortifera. cuius⁹ nimis laxat. cuius⁹ carbo ignē grecū seruat ignitū nebūlēve dicit plinius.

¶ De tabula.

Tabula a teneo nes est dicā. et est in vna significacōe mēsa dicta tū q̄si tenabula eo q̄ bolos teneat et vasa et mensalia q̄ dicta ꝑ apponūt sup pedes erigit et q̄dā limbo circūducit et ōbik a lio mō dr tabula alea in q̄ ludit et hec duplicat in duerbis co lorib⁹ insignit. tercio mō dicit lignū planū et tenue in q̄ posito colore hī scribunt q̄q̄ copulant breues asseruli et attenuant atq̄ concauant et i vtraq̄ ꝑte paꝑ et artificialiter opaginantur et replent cera nigra viridi vel rubea ad scribendū et dicuntur tales asseres tabule eo q̄ teneant litte ras que eisdem tabulis sunt conscripte tabule ār tanto sunt meliores q̄nto ex ligno planiori et leuiori et durriori ponuntur. Dlio mō dicit tabu la a tangendo q̄si tegula asser long⁹ lat⁹ sect⁹ diuis⁹ et sect⁹ est securib⁹ vel dolatus. nam hmōi ligna ad domoꝝ tecta sunt vtilia. ex quib⁹ fiunt tabu lata siꝫ laqaria et alia edificia ex talibus tabulis artificialiter opposita ꝑ opacta arte mira et multiplici cāstratura disponunt post multiplicē sup fluoꝝ relectōm vt tales tabule inuicem equaliter coniungantur dom⁹or nant tñ posite in solariis cū ōnib⁹ deseruiant ab eisdē tñ quib⁹ seruīt qui nue deficiantur. trabes quidem ꝑ latū sibiuncē hāt q̄si equali distancia suppositas q̄ꝑ sustentaculo se defendant vt min⁹ incurrent q̄ñ a paucīs to vel alijs reb⁹ suppositis ipsa tabula nimiū onerat naub⁹ oponentibus. ponib⁹ ostruendis istis et alijs vtensilib⁹ fabricādis. tabule necessario re pant et dolant tā clauiculis et alijs artificijs opaginant. ad tabulas eti am confugiunt naufragantes a periculo fepius liberantur. et cetera.

De trabe.

Trabs est lignū transuersale quod ponit̄ p latitudinē dem̄ et vtraq; extremitate parietes tangens et teneno ne lapsū vel in curuacōm ꝓpter suā altitudinē paciantur. et ōt hec trabes vt trabs a trabo his qz ab vno pcte ad alīū trahit cui infigit̄ q vnit̄ vt dicit hug. oz ãt vt trabs sit longa fortis et spissa et maxime circa mediū. ne forte si facta nimis gracilis in medio incurret. vñ ꝓpē incursū cōis pculū sepe oz vt columna vel statua sustētet. nā lignū si ponit̄ p trāsuersū sustēcaculo indiget quod erectū alia sibi supposita de facili sustinet

De therebinto.

Therebintus vt dicit ysi. li. xvij arbor est resinā suoans omnib⁹ alijs pstancior ē. et resina dicitur therebintina q est multū medicinalis. nā sm dias et folia fruct⁹ et cortices et semia stiptica sūt et sm̄a diligencia colliguntr sicut scim et sūt ptraria morsib⁹ venenosis. et resina ē bona q̄ munda est et limpida et aromatica. in colore rufa et hz virtutē dissoluendi et laxandi et maturandi. et iō ꝓdest otra apostemata dura et alias collectōs tā in capite q̄ in mēbris. de therebinto ãt dicit plī. li. xiij. Siria inquit therebintū hz. et ē spēs e⁹ duplex scz masculus et illa q̄ est sine frcū scz femina et ē duplex vna hz frcūm rufū magnitudinis lenticule. alia pallidū magnitudine fabe et ē odore frcūs iocūd⁹ et tactu pinguis et resinosus et est in siria arbor magna et est et materies lēta ad modum et durabilis quando vetustate nigrescit et splendescit eius folia sūt densa et habet quedam folliculos quedam animalia vt culices emittentes que corticem terebrant et sic cortice perforato gutte resinose effluunt et emanant Item plī. li. xxiij. ca. vi. therebintina radix et folia in vino decocta stomachum confortant. contra dolorem capitis iuuāt pla cet therebintina odoratissima tam siriaca q̄ cipria pura pellucida et subalbida cum aliquo rubore et illa que est montana pectus q̄ campestris vulnera sanat et purgat. et cetera.

De thyna.

Thyna sunt ligna quedam pciosissima ad modum hebeni et quibus salomon fecit gradus. pulchra in domo domini vnde dicit glo. iij. re. xc. super illum locum Detulit autem mulier ex ophir lignū thyna et ligna thyna sunt corruptibilia et spinosa in similitudine albe spine rotunda et candida et valde fulgencia et polita instar speculi siue vnguis vnde in eis resultant ymagines sicut in vngue in igne non comburuntur neq; in aqua resoluuntur sicut nec ligna sethim et multi crediderunt eadem esse ligna.

De tirso.

Irsus est tã arbor q̃z olex et herbar frutex medi⁹ sic dict⁹ q̃ de ẽra surgũ ẽ erect⁹ vt dicit papias Est itaq; ps plante superior tenerior viridior et mollior ac pulcrior celo vicinior a terra remotior roze celi plusior foliis et ramusculis tenerrimis plenior et est melior in medicina Nam in tirsis maxime viget virtus herbe.

De tigno.

Igna sunt ligna q̃ a pietib⁹ vel muris vsq; ad cacumẽ edificij sũt erecta supportãcia totũ tectũ ad modũ com vel piramidis surgũ tendunt et paulatiz se inclinancia ad alterutr in cacumine mutuo se tingunt et dicunt tigna a tegendo vel a tegula. qr tegulis ad sustentacõz tecti supponũt. tegule ãt dicuntur ligna quedã longa valde et aliquantulũ lata plana z tenuia que ex transuerso tignis multis clauiculis affiguntur et in eis eciam asseres vel lateres suspendũtur Sunt autez tigna forcia dolata et quadrata et complanata. sunt ãt forciora et grossiora versus domũ et ztiliora et minus forcia vers⁹ tectuz exterius lateribus et asseribus vel straminibus oncrantur. interius vẽ pulcris laquearibus decorantur et in ipsis laquearibus figuntur et dicũt laq̃aria asseres que interius ad decorem camere tignis diũgũt et a tignis dicitur tignarius qui tectoria tignis inducit vt dicit papias.

De tritico.

Riticum a tritura est dictuz vt purissimũ in horreo seu granario recondatur vel qr granũ eius emollitur vel terit vel evat vt dicit ysi. li. xvij. Est autem duplex triticum scz rubeuz exterius in vtraq; extremitate acutum. in latere scissuz interius albissimum graue et ponderosum. et illud genus est optimum vt dicit plí. Illud est colore croceũ exterius. interius vero albũ in superficie lucidũ et leue frangi difficile. De proprietatibus autem et generibus eius quere supra de frumento in littera f. sicut dicit ysa in die. diuersificat triticũ ex diuersitate soli in quo seminatur. nam quod crescit in terra pingui atq; putribili crassius est et pinguius atq; ponderosius et nutribilius q̃ id quod crescit in terra macra siue sicca. vnde bonitas tritici inter ditur et bonitate soli et ecouerso. triticum autem ex diuersitate temporis variatur. nam q̃ nascitur tempore moderato in quantitate et qualitate erit perfectum ac medulle multe et cortices valde pauci et optimi nutrimenti. in moderato vero tempore exortum imperfectum. Item differt secũm vetustatem et nouitatem et mediocritatem. nam quando est vetustum longo tempore conseruatum nimis efficitur siccum et durum ad digerendum et modice nutrimẽtũ qr tunc ei⁹ humiditas substancialis a calore aeris minuit et minus desiccat.

deficcat nouū vero quo tempore reseruatum ꝑ humiditate superflua et viscositate terre humidū est ac viscosū denū ad digerendū durꝫ et inflatiuū ventositatis et rugit⁹ ventris generatiuū. mediū vero inter nūnis nouū et vetustū inter multam humiditatem et paucā tpatū et iō magis laudabile est et amplius nutrimentū. nā exhausta humiditate accidentali iō substantialem hūiditatē in pte calor aeris tpat. et iō tale triticū magis laudabile et melius nutrit et bene digerit. ꝓpterq; viscositatē terre et densitatē. ē ād triticū vt dicit ysa. calidū et inter humidū et siccū temperatū Ideo panis ex eo factus est calidior ꝓpter calorem ignis et coctōm. Intenditur enim ex eo calor naturalis ꝑ calorē ignis actualem Jtē hanc ꝓprietatē hꝫ triticū ꝑ cunctis granis q̄ nutribilius est ceteris et hoc ꝓpter similitudinem hūane oplexionis dicit ioē Jtē triticū est colatiuū et mundificatiuū et lauatiuū. et iō ius de eius farina factū purgatiuū est pectoris et pulmonis. ioē facit tisanū de eo factum sicut de ordeo. qz mūdificat et plus q̄ de ordeo. vꝫ etiam ptra tussim et sanguinis fluxū Item triticū coctuꝫ cū oleo positū sup durꝫ apostema dissoluit illuo Jtē coctū triticū in succo rutbe dissoluit coagulacōm lactis si mamille inde liniantur. Jtē tpatū cū succo iusq̄mi et positū sup neruos ꝓhibet hūores nocios ne descendāt Jtē granū masticatū vꝫ ptra motū rabidi canis. nā venenū extrahit vt dicit ioē De tisco āt fit oleū qō vꝫ ad multa. ꝫ maxime ptra pruritū et ꝓ pigine et impetigine si cū pāno albo bñ ofricet qō fit vt vir⁹ olei possit melius labi intrare Jtē cortex tritici siue furfur hꝫ virtutē colatiuā. q mūdificatiuā plus q̄ farina et ꝫ modicū vel nullū exhibet nutrimentū Item vt dicit idem triticū recens et nouū pui ē nutrimenti et q̄ comedit̄ crudum flegmaticū est et inflatiuū. et in laterib⁹ dolorem mouet et rugitū. cito ec puertuntur in putredinē. et ideo lumbrici et alī vermes nociui ex tali cibo sepius generantur Dissatū āt nutrit et minus ventositatē facit et multū constipat et constringit Jn aqua coctū grauissimū est et multū inflatiuum et viscosū humoris generatiuum Hucusq; ysa. in dictis

¶ De tisana.

Tisana sicut dicit glo. super. ñ. reg. ꝫ. ordeum dicitur siccatum pila tūsum et decorticatuꝫ. et fit inde cibus aptus illis qui carēt dentibus. ex tisanis fit etiam potus vtilis patientibus febres et alias calidas passiones quere supra de ordeo in littera O. Calorem mingat et alterat sitim sedat. Et declinatur hec tisana huius tisane. et penultima est producta. Unde alexander nequam sic uit. Corrice nudato tisanas ordea dicas. et dicitur a tipeon quod est percutio qz percutitur in pila dum decorticatur. potus autem inde factus tisanuꝫ dicitur ab ysaac in dictis.

de tribulo.

De tribulo.

Linx lincis est dict⁹ qz in lupoꝝ genere et numero numerat. Est aũt bestia similis lupo. dorsũ hãs maculis distinctũ sicut pous vrina ei⁹ ouertit in gẽmã pciosã q̃ ligur⁹ appellat. et ꝟ presentit linx fuse linchis et ꝟ inuidens ac dolens q̃ transire debeat in humanũ vsũ vrinam egestam abscondit sub hũo ꝙ ibi eci⁹ in lapidẽ solidat. vt dicit pli. li. viij. ca. xxxix. et ysi. xij.

De limace. ca. lxviij.

Limax est vermis limi sic dict⁹. eo q̃ in limo nascat. vel et limo. et ideo semp sordid⁹ et immũd⁹ habet. vt dicit ysi. li. xij. et ẽ vermis valde tardi mot⁹. in dorso sp gerẽs ochã durã infra quã se includit. et ẽ vermis cornut⁹ hãs em̃ additamenta añ os cũ q̃b⁹ viã q̃rit. et q̃n aliq̃o aduersi senserit statiz cornua retrahit infra testã et infra domũ se recipit. In corrupto aere et vmbre maxime nascũt tales vermes. q̃ serpunt q̃uis lento passu ad arboꝝ sũmitates eaꝝ germina depascentes vbicũq; aũt serpit post se immundicie vestigiaz derelinq...

De lupo. ca. lxix.

Lupus vt dicit ysi. q̃n leopos ẽ dict⁹. eo q̃ ei q̃si leoni virt⁹ sit in pedib⁹. vñ q̃ pede ꝓsserit nõ vnit. rapax aũt ẽ bestia ꝑ cupiditatem appetens q̃ rabie rapacitatis quecũq; inuenerit trucidat. de q̃ dicũt rustici vocẽ hõiez posse si eũ lup⁹ ꝓz viderit. et ilõ subito tacẽti ꝺt lup⁹ ẽ in fabula. certe si se ꝓsilũ senserit deponit audaciã fẽtat. Lupi toto anno non ũpli⁹ q̃ duodecim dieb⁹ coeunt. famẽ diu portant. et ꝓ longa ieunia multũ deuorant. Lupos ceciã ethiopia nutrit cerutice imbatos et ita varios vt nullũ colorem eis deesse dicant. hucusq; ysi. Plin. aũt li. viij. ca. xxij. idem et dicit q̃ lupi affricani sunt inertes et pigri. q̃ vero gignũt in frigidis regionib⁹ corpe fũt minores et magis aspi et feroces. Aristi. li. ij. dicit q̃ in india est quidã lupus habens tres ordines dencium superius. et inferius habet pedem leonis et faciez hominis et caudã scorpionis. et vox eius sic vox hominis. terribilis est sicut vox tube et est velox sicut cervus. et est valde semus comedens homines. Item arist. li. vi. lupi tempore coitus sunt seui q̃ quando habent catulos sunt magis mali si cut et femine cantũ. Item li. viij. lupi serratos habent dentes comedunt carnes et non comedunt herbas nisi quando infirmantur. quia tunc comedunt aliquam ꝓpter medicinam. Nam quando lupus sentit se repletũ querit q̃ndam herbam et comedit eã vt euomat q̃d comedit. Item li. viij. q̃n fugiunt ferunt filios suos secum. et cũ exeunt de cauernis comedũt origanum et masticant vt acuant dentes suos. Item idem de eodem. lup⁹ q̃n comedit est valde mal⁹ et q̃n non hz famẽ quiescit multũ et est valde

audar et valde diligit lubere et si pt rapere paeꝫ luuit cū eo et post occi
dit cū et omedit Et sicut dicit homerus lupꝰ est valde vigil et multū tiēt
ianem et dicitur q; h lapidē ꝓuiderabit ꝑmū ictū autem. et si ille lapis no
cuerit ei si poterit ipm interficiet si vero non nocuerit et si debbenderit iōm
non multum leedet cū leo paꝫ q; ira ascendo deinde cum vomuerit. Et hoi
ēnto sunt senuores tanto deteriores et nocent homūbꝰ qz non possunt
venari bestias ꝓter etatē et qz eoꝝ culmi iam sunt debilitati et viuūt mꝭ
to tempore et eius senectus apprehenditur in dentibus. qz conbringunt
in senectute Item ibidem sunt autem lupi duplicis modi quidaꝫ enim sūt
rotundi et quidam quasi longi. et illi sunt asperioris pili et audacioris a/
nimi et lupoꝝ interiora sunt valde debilia et de facili recipiunt corrupci
onem q; vulnerantur Residuum vero corpis eoꝝ patitur multas pcussi
ones et habent magnam fortitudinem in collo et in capite. et vulnera que
accipiunt et morsu eorum sunt valde mala. qm exit ex eis virus et curatē
illa vulnera sicut morsus canis rabiosi vt dicit arist. Item idem li. viij. de
lupi maxime est operare et maximum vigoreꝫ habet in orificio suo. et est
animal valde vorax Item de lupo dicit auctor vij sunt quidam lupi qui
naturaliter habent appetitum comedere pisces et comedunt v ita que de
suis retibus ejciunt piscatores et quando non inueniunt quid comedāt
de piscatorum reliquijs. vadunt ad retia et dilanant ea De lupis autem
dicit philologus. virtus luporum in pectore et in vnguibus viget ac in
ore. in posterioribus vero minime. collū retroflectere non valet in nullo
mense nisi in maio quando fiunt tonitrua cuius astucia est vt non capiat
predam iuxta loca vbi mutrit fetus suos et tūc temporis venatur a remo
tis qm autem nocte prede grā pergit ad oule ne canes eius sentiant odo
rem vadit contra ventum et si aliquo casu pes eius calcando super ali/
quid strepitum fecerit ipsum pedem castigat duro morsu. oculi eius lu
cent de nocte vt luceme et vt dicit solinus multum amoris erga catulum
in cauda portat quoniam dentibus euellit quando timet capi. lapideꝫ
multum timet. vnde si quis duos lapideꝫ pariter collisserit lupus audaci
am perdit. fugit si strepitus lapidum peruenerit ad aures eius illos ge
nerat cecos quos teneritime diligit atq; nutrit. terram comedit quando
multum esurit et aliquam predam non inuenit. vt capias volentes folia
carpere in rubetis facibus rapiat sub herbis et folijs lantans se abscon
dit plus astucia q; potencia cuncta decipit. leo quando prevalet si permit
titur totum gregem strangulat et occidit partem prede quam devotare
non potest in terra sepelit et abscondit et quando eligit partem se.
pultam extrahit et etiam effodit. et lanam ouis quando. occidit.

occidit inficit et morsus eius ex lana tali vestem factã periculosaz reddit vt dicit ysi. Item idẽ dicit aris. Ex tota specie natura lupoz̃ nature omñ aduersat. vñ legi in li. q̃ cordula seũ de intestinis lupi adiuncta cordis citharе factis de intestinis ouis eas destruit et corrumpit sicut pluma aquile adiuncta plume columbe eas exornat et corrodit si diu pariter in loco aliquo dimittantur vt dicit idem. vide supra de aquila.

De mulo. ca. lxx.

Mulus a molendo est dict⁹ eo q̃ iugo pistoz̃ subactus ducat in giro molas vt dicit ysi. li. xij. Asserunt asit iudei q̃ ana abinepos esau greges equaz̃ ab asinis primo fecerit ascendi vt inde contra naturã mulorz̃ progenies nasceretur vt dicit idez. et ideo ſeq̃ns mul⁹ matris naturã asino ẽ maior. pulchrior et velocior. ꝑ eã ẽ pigrior deformior atq̃ minor. Unde nascitur ex equa et asino mul⁹. ex eã vero et asina burdo. pereat. est mulus animal sterile et tñ eximiũ ad laborez vt dicit ysi. li. viij. ca. xliij. Dunct̃ asit hec animalia scz asin⁹ et equa mutuo appetunt coniugia nisi ecia in infancia lacte mutuo nutriant. et ideo pastores pullos equoz̃ subiciunt asinabus q̃s volunt tales creaturas ex disparib⁹ ꝓcreari vt dicit idem Item idem mule calcitratus potu vini inhibet Ex onagris autem et equabus nascuntur veloces mule pedes hñtes duros et aptos ad cursũ. sunt aũt rugosi corpe et indomito animo ꝑ generosa. q̃ aũt sunt genti ex onagro et asina oẽs ꝓcellunt De mulo eciam dicit aris. li. viij. quanto mulus plus potat de aqua tanto plus ꝓficit eius cibus Item li. xiij mulus non habet sel manifeste super epar Item idez li. xvi. mulus q̃ nascitur ex equa et asino non coruenit generationi. ẽmã natura vtriusq̃ asini et eque est frigida. vnde frigiditas generãtis vtriusq̃ generato et ideo mulus est sterilis nec eius sperma aliq̃o generat ꝓpt̃ excessum frigiditatis in ipso dominantis. Item ibidem et accidit q̃ corpora mularum sunt magna quoniã superfluitas menstruosa transit in creationem et cibum corporis Sanguis autem quo natura non indiget exit cum superfluitate vesice id est cum vrina et propter hoc non olfaciunt muli vrinas mulaz̃ sicut alie bestie habentes soleas. residuum vero superfluitatis transit in crementũ corpis et in eius magnitudinem Non impgnat ergo mula nisi forte valde raro. mul⁹ autem q̃ racione sexus calidior est in aliquib⁹ tpib⁹ et regionibus forsan generat. sed generatum erit extraneũ et occasionatũ sicut quod generatur ex eã et asina. et dignũ ẽ tale cẽ sterile q̃ generatur ꝑtra naturã. huiusq̃ aris. li. xvi. ꝓta ysa. in dict carnes muli sunt pessimes q̃ carnes asini et ad nutriendũ et ad digerẽdũ cui⁹ sim⁹ tritus et obstruit restringit sanguinez si cũ aceto fuerit tpatus vt dicit idem. valet eciam idem fimus contra ictus scorpionum.

De mure.

¶ De mure.

Mus ſm yſiō. eſt animal puſillū ab humo dictū eo q̄ ab humore terre naſcat. naz mus terra dicit. vnde ꝙ hum⁹. Humus in plenilunio iccur creſcit ſicut et quedā marina tūc augent que rurſus decreſcente luna diminuūtur. dicunt aūt mures ſorices eo q̄ ad modū ſerre rodant et pſcindāt ſhoculoq̄ yſiō. li. xij. mus aūt ſm ariſ. li. viij. non potat et ſi potauerit morietur. Animal quidē eſt guloſū. et ideo cū modica eſca decipit ānodo odore ad eius guſtū puocatur. eius vrina feroa eſt ꝙ ota glioſa et mozbis venenoſus. cauda etiā eius dicit venenoſa. De muribus etiā dicit pli. li. xviij. c. xxviij. Sūt quidā mures potātes qui ogregant pabulū in foueis ſuis et etiā in hyeme abſcondūt ꝙ latitant in cauernis q̄z palatū in guſtu ſagaciſſimū eſt ſūr nares ſagaciſſimos in olfactu in auriū pno maſculus et femina ſpicas cōgregāt et mutuo ſe onerāt ſup ventrez per caudā maſcul⁹ femina ſic onuſtā ad ſpecū trahit. qua cronēata et ſaſciculo in cauerna collocato iterū redeūt ad laboꝝ et ogregato faſciculo maſculus ſup dorſū ſe ponit quā femina vice verſa onerat et caudā eius ore cōprehendēs maſculū ptrahit ad cauernā et ſic onera deferūt alterātis viabus Ite vt dicit idē muriū diuerſe ſūt ſpecies Nā quidā muriū viuunt in domib⁹ quidā in cāpeſtribus in aquaz et fluuioū et tremutatib⁹ cōmozant. quidā annū in dormiēdo dimidiant qz p dimidiū ānū dormiunt et per dimidiū vigilant vt glires qui ſunt ſm plīnū quidā mures Et q̄uis mures ſūt beſtie nocibiles. in plurib⁹ tamē vtiles ſunt in medicina. nā vt dicit pli. li. xxix. muriū cinis cū melle et oleo auriū⁹ inſtillatus earuz ſedat doloꝝ. et ſi q̄ animal aures ſubintrauerit preciuū remediū eſt ſel muriū cū aceto tepido tēpatū auribus inſtillare. Fimus eius ſm diaſ. cū aceto trinis mundat allopicias et cuſtodit caput a caſu capilloz. trinis ecīā et cū vino in potu ſumptus miro modo vētrē ſoluit. pellis eius recēs calcaneo ſubducta eius vulnera ad ſanitatē perducit

De muſtela.

Muſtela quaſi mus longa eſt dicta vt dicit yſiō. li. xij. Nam telon grece longū latine Hec ingenio eſt ſubdola. in domib⁹ enī nutrit catulos eos tranſfert de loco ad locū ſedez mutat ne eius nidus ab aliquo deprehendat. pſequit ſerpētes et fugat mures odit et eos manducat. Et ſūt duo genera muſtelarū Vnū eni eſt ſilueſtre diſtās ab alijs magnitudine quā greci locidas vocant Alterū in domib⁹ errans Falſa aūt eſt illoz opinio qui dicūt eaz ore cōcipere et aure ptū effundere huiuſq̄ yſiō li. xij. paſſeribus et alijs paruis auibus inſidiat ꝙ eozū oua trāſglutit. filios ſuos caſu aliquo in latibulo leſos vel mortuos quadaz herba ſanat. imo vt dicit iuſtatat vt dicit pli. Putam odorat et eius ſucco ſe perlinit et tūc baſiliſcū intrepida et occidit vt dic pli. li. viij. c. xxij.

vbi dicit

vbi dicit mustelarū virtus basiliscis exitio est nihil eni deo nature placuit esse sine pari. cauernā basiliscī facile ognoscit. quā subintrās ipsū interimit animal autē multū dormiēs et per sompnū inpinguat sicut glires vt dicit idē Item idē li. xxix. c. i mustelarū inātē duo sunt genera scz domestica et silvestria et vtriusqz sel valet cōtra aspides. nā earū pudenda mītū fetent et serpētibus fetidis otrariant earū eciā carnes dicūt valere contra venenū Mustela obusta in cinerē redacta adhibet salubriter medicine que est ouiēs contra letargicā passionē Unde si ex veneno aspidis aliquis incurrit letargicā cinis mustele inundantis aque distemperat vim sompniferā dissoluit vt dicit idem. dicit eciaz ibidē pulvis valere contra fistulam. nihil enim illa rex olim mī. s. natura sine ingentib⁹ causis genuit vt dicit ibidē Dicit āt arist li viij q mustela pugnat cōtra serpētes et. qz vterqz nares comedit Et est aial velocis motus q flexibilis corporis ac valde mobilis q instabilis. odore sagax. dorsū habens rubeū q ventrem albū. Mutat aūt colorē. naz in aliquibus regionib⁹ aliquo tpe anni tota pellis eius candida preter caudam. morsus eius malicios⁹ et virulent⁹ et eius vrina est fetida ad modum vrine muris.

¶ De migali

Migale est modicum aial ad modus mustele gulosum rapax q dolosum. nā cuz dolo rapit quod postea ventri omittit vt dicit gl. sup lecti. xi. mansuetū se fingit cū ei aliquis appropinquat et timore. sed statim mordet q venenuz infundit. Dicit ibidē de migale dicit arist q equos et mulos infestat. et eque pregnanti maxime insidiatur. pugnat contra serpentes et tunc se armat ruta vt dicit idem

¶ De murilego

Murelegus idem est quod musio siue cattus. sic dictus eo q muribus sit infestus. Hunc vulgus cattum a raptura vocat Mel ideo sic dicit q caret id est videt. naz ita peracute videt vt fulgore luminis noctis tenebras superet. Unde a greco venit catus id est ingenio sus vt dicit Ja li. xij. Est aial non determinati pili q coloris. nūc est albū nūc nigrū nunc flauum nunc varīū nunc etiaz maculosū. in pedibus q in facie et in auribus leopardo simillimū. officiū habens magnū. dētes habens serratos et acutos et linguā longā q flexibilē tenuē et subtilem cuz qua bibendo lambit sicut q alia aialia que habent labiū inferius superiori labio inequale. Talia enim animalia propter labiorum inequalitatez potum non hauriunt sed lambunt vt dicit arist. et etiam pli. Est autez animal in iuuentute valde lasciuum et agile q iocundū impetum faciens ad omne quod coram se mouetur. ludit cum calamo ante se protracto. In senectute autem est animal ponderosum et multum somnolentum. cautissime insidiatur muribus et eos plus odore qz visu presentiēs inuadit i absconditō

condito ac venaē capto mure cū eo ludit. sed finito ludo ab ipo demoraē tempore coitus quasi silueſtris efficit⁹ et agatur inter catos Amoris etiam tempore grauis pugna pro prouibus dominatur⁹ vnus ab alio morsibus et vngubus grauissime laceraē. et tunc vox horrēda emittitur qñ ad pugnam mutuam vnus ab alio prouocatur Bestia fit seuissima quando siluestris efficitur et in nemoribus demoraē. Minores feras vt caniculos et lepores tunc venatur. quando cadit ab alto pedib⁹ erectis et vix per casū aliquem leditur qñ deorsum precipitatur. simus quez egerit valde fetet. et ideo sub terra abscondit et pedibus occultatur. quando pulcram habet pellē quasi de ipsa glorians vagus efficitur. sed quando pellis ei eruitur tunc intra tecta commoratur. sepe enim pro pellis pulcritudine capitur a pellifice a quo decoriatur

¶ De noctiluca

Noctiluca est modica bestiola mulopes et alata. et ideo quidam eā inter volatilia computatur. In tenebris lucet vt candela. et maxime circa posteriora. in luce autē plena deformis est et obscura. manus inficit tangentis. et ideo quia lateat in tenebris tamē lucifuga est. odit enim lucem et solūmodo de nocte ambulat. et omnes cōtrariatur que est lucipeta vt dicit arist. li. viij. c. de minutis volatilibus.

¶ De onagro

Onager vt dicit ysi. asinus ferus interpretatur. Hos africa habet magnos et indomitos in desertis vagantes. singuli autez feminaꝝ gregibus presunt. nascentibus masculis celāt masculi et testiculos eoꝝ morsu detruncant. quod cauentes matres in locis secretis eos abscondunt. Et vt dicit plinius li. viij. Et onagris et asinis domesticis velocissimi asini generant. Animal aūt est liberū indomitū et lasciuū. frequentare montes et nemora consueū. et cuius sit animal ex se imbelle et innocuū solius fuge beneficio leonez superat in deserto at eq̄ lupum. est animal valde patiens sitis diu expectans quousq̄ potū inueniat sibi aptū. De quo dicit philolog⁹ xxv. die marcij xij. et totiens in nocte rugit per cui⁹ rugitū equinoctiū apud afros discernitur. et dicit q̄ totiens sp rugit de die quot dies habet horas. similiter et de nocte. vnde et siluarij in montibus africe onagri in quibus abundant numerū rugit⁹ eoꝝ numeꝝ horaꝝ dieꝝ et noctiū computant et diuersificant. fagax et inuidus est in olfactu vnde qñ amore ferueat et nesciat vbi ei⁹ femina euagatur. rupem ascendit et patulis naribus ventū attrahit per cui⁹ flatū vbi sit eius femina diiudicat et discernit. in montibus altis pascuosis herbas virentes quas multū diligit cū diligentia querere cōsueuit. quas cū inuenerit pre gaudio statim rudit. et vbi presenserit bestiā vt hominē ipsū venari cupientē q̄ diu inuenit gramina virentia a pascuis nō recedit. hominū

frequentiā

frequentiam valde odit atq; fugit solitudines et deserta multū diligit.

De onocentauro.

Onocentaurus ſm glo. ſuper Iſa. xx. eſt aial monſtruoſū ex tauro et aſina procreatū. Onos enim in greco dicit aſinus latine Unde eſt aial laſciuū ad modū aſini. ceruicoſū ad modū tauri. Alio modo ſentit philologus qui dicit onocentaurum eſſe ypoſitum ex humana effigie et aſinina. nam ab vmbilico et ſurſū figuraz habet hominis. et ab eodem inferius formam obtinet animalis Huic rationi videt ocozdare plīn. li. viij c. iij. Luoluia inquit mirabilia nobis fecit ingenioſa natura ad detegendū aut ei' potentiā ſatis in prodigioſas poſuiſſe gentes. Et poſuit in eodem capſo exemplū de multis monſtris et prodigioſis beſtiis quas india gignit ſicut de ſaunis et ſatiris et de onocentauris et de ypocentauris et hmōi. quas dicit eſſe beſtias humanaz effigiem mentientes. Et alij dicūt centauros fuiſſe equites theſſalon qui pro eo q; in eis diſcurrebant quidā. vnū corpus equoz; et hominū iudicabant. vnde centauros fuiſſe fictos aſſerunt vt dicit idem li. xi. vbi agit de portentis. Dicit enim centaurus grece homo latine. vnde centaurus dicit homo et a centauro per additionem d̄ onocentaurus. ſic dictus ē eo q; in media hominis ſpecie q; in media aſini dicat eſſe ſicut ypocentaurus dicit monſtrū in quo hominū equoz; q; natura eſſe coniuncta putat

De orice. vt dicit plī. ibidem

Orix vt dicit gl. ſuper li. i. Iſa. eſt animal immundū nec ſacrificijs aptuz ā xx. aūt interpretes tranſtulerut quaſi beta ſemuco ā a ceteri interpretes omnes ſicut orix illa queac' tranſtulerūt qui hebraice dicit tho Et inter aialia immunda in lege reputatur. Eſt auté beſtia ſicut mus aq̄tic' vel ſicut glires. q; ſūt mures q̄dā ſic dicti eo q; ſomnus efficit eos pingues. hyeme vero tota dormiunt et immobiles quaſi mortui fiunt. in eſtate reuiuiſcūt. Unde orix eſt aial quod hmōi muribus aſſimilat. Et hoc videt tangere Iſa. ysa. et ocozdat cū plinio. qui dicit ſic Oricem vocat egyptus feram q; in ortu canicule. viij. kl. iunij quando incipit eſtas ſtat contra ſtellam et obuetur contra eam acſi vellet adorare eam. et hoc facit cum ſternuerit id eſt cum poſt lōgam dormitionem euigilauerit. Et declinat hic orix h'cis. ſm hoc dicit ſorex cis. et orix nicis. q hmōi. Secōm iuuenalē vero orix eſt quedā auis pinguiſſima ita q; ſua pinguedine hebetat cultellū vt dicit idem lib. iij. vbi dicit ſic cultus orix hebetiſſima ferro. Et cū tamen ſm quē locum dicunt expoſitores q; eſt auis ſimilis galline africane vel ipſa gallina. Secōm britonē ät dicit orix gis. ſm illaz regulam greciſmi Nomen in x. donat in cis vel in gis. vt fex fecis lex legis. gentiuū Quinatuor exceptis nox nix ſenex q; ſupellex. Unde dicit q; orix eſt idem animal q̄ō in lege mundus reputatur

ad eius

ad esum. deut. xiij. vbi dicit Comedetis origem et cameloparoulum. inmundū tñ reputabat quo ad sacrificiū. Plin. autē li. viij. c. xj. de aialib' sōminiferis dicit Capree inquit in plurimas similitudines transfigurantur nam inter eas sunt ilices mirande prauitatis qz supra cornua vastā magna quib' eaz capita onerant saliendo de rupibus se excipiunt. Sunt et origes quoz villi ptra naturā alioz aialium vertunt versus caput. Sūt et dame et pigrasti et multa alia aialia his similia que alpes transmittit et sinus transmarini. Vnde sm hoc orix origis ē species capre siluestris et sm istam significationem vt puto nō sumit in ysa. vbi loquit ō aialib' Et somno damnabili sopiunt qz non bene ouenet metaphore. cū omnis caprea sm arist. sit animal valde vigil naturaliter. parū eiz dormit q de facili excitat cū sit aial valde timiouz. Et sic p alio aiali supponit orix in deut. et pro alio in similitudine ysa. sicut dicunt multi.

De oue.

Vis est molle pectus laniferū corpore inerme. animo placiouz ab oblatōe dictū eo p apō veteres in inicio nō tauri. ꝫ oues offerebantur in sacrificio vt dicit ysi. li. xij. Et his quoq; bidētes vocantur eo p inter octo dentes duos altiores habēt. qs gentiles in sacrificio maxime offerebant vt ibidem dicit ysi. Vel dicunt bidentes sm senectutem quasi biennes id est duoz annoz qz talis erant etatis quando ad sacrificiū eligebant Seu potius vocātur a duob' dētibus qui preminent et cū quibus nasci dicuntur. Sic bidēs. genitiuo h' bidētis dicitur vt dicit Beda. De quib' dicit aristo. li. v. q pariant vsq; ad octo annos. Et li. viij. si impregnent oues vētis ventū septentrionale faciūt mares. et si in meridionali tūc femine nascentur. et quales vene fuerunt sub lingua ouis talis color erit fetus. Auere ē. de agnis q ariete Et qñ oues senes ad coitū mouentur in aliquo tempore determinato dicunt pastores q est signū bonitatis in eis. et si iuuenes sic mouētur dicūt q est signū future pestis in ouibus in anno illo. Item arist. li. viij. oues impregnantur bibendo aquā. et propter hoc dant eis pastores comedere sal vt plus bibentes impregnent et magis cōcipiunt. Dant etiam eis in autumno cucurbitas paratas cū sale ad multiplicationē lactis. et tūc fluit plus lactis de mamillis. et oues impinguant lenticula cū sale. et si oues per triduū abstineant a cibo q post accipiant cibū multū impinguabunt et in estate valet eis aqua septentrionalis frigida. q i autumno aqua meridionalis tepida. et iuuat eos pastus i fine diei et motus. per nimia enī itinera et per fortes labores macrescūt. et pastores cognoscūt q̄ possunt pati hyemē. aut super quasdā inuenitur glacies et super quasdaz nō. q q̄ ex eis est debilis a se nō eruit glaciē nec repellit Et carnes ouiū sicut et aliorum quadrupedū q̄ in loco multū aquoso nutriuntur male. et q̄ causā

lengam minus patiunt hyemem q3 que amplã. Et q3 habent pilos pau/
cos et crispos grauiore hyeme patiunt. Et lana ouiũ quas comedit lu/
pus inficit et pannus inde factꝰ recipit pediculos. Item ibidem li.viij.in
ouibus plus abundat priuatio intellectus q3 in alijs animalibus quadrupe
dibus. Et nocet eis tonitrua. etiã remanserit vna sola et fuerit impregna
ta aborties pre timore forsan. Item dicit plꝰ.c.xlvij.tonitrua inquit solita
rijs ouibus inferũt aborsiuũ. Remediũ est vt in vnã pariter congregen/
tur. Quere S in lra ℟ de ariete et de agno.

¶ De panthera.

Panthera vt dicit ysi li.xij sic est dictus. siue qz omniũ animali/
um est amicus. excepto draconẽ quẽ valde odit. siue qz secreta
te generis gaudet et ad similitudinẽ3 quicqd accepit reddit.
Panthera enim3 grece. totũ dicit latine. Est aũt bestia minutis
orbiculis superpicta. ita vt ex maculaꝝ nigraꝝ et albaꝝ et flauaꝝ varie
tate tota pellis oculata exterius videat vt dicit idem. Hec bestia vt dic
ysi semel tñmodo parturit. Cuius cause ratio est aperta. nã cũ in vtero
matris conualuerint catuli et ad nascendũ iã receperint vires. odiũt ma
tres lacerant q3 vngue matris aluũ tanq3 suo partui resistentẽ. vnde q
mater partũ dimittat dolore uteri opellente. Et ideo dicit plꝰ. aialia cuꝝ
acutis vngulis frequenter parere nõ posse nã mouentibꝰ se catulis vi/
olate intrinsecus sũt matrices. Ipsarumq3 ysi li.xij. De panthera dicit phisi
ologus. Panthera inquit odit draconem et draco ipm fugit. cũ aũt com
coxerit et saturata fuerit se recondit in spelunca q dormit plurimum fere tres
dies. Post triduũ vero a somno surgens emittit vocem. et ab eius ore ex
it odor aromaticꝰ supra modũ suauis propter cuiꝰ suauitatẽ ipsũ omnia
animantia sequunt. Solus aũt draco audiens vocem eiꝰ. timore perterri
tus fugit in cauernã. nec ferens odorem in semet ipso deficit et torpescit.
odorem enim eius reputat pro veneno. De pantheris aũt dicit plꝰ li.viij.
.c.xviij. Pãthera sicut et tigris maxima oculoꝝ et maculaꝝ varietate de
corant. alia aialia proprio colore gaudent. Sunt tñ leones nigri in syria
qui pantheris in candidis maculis sũt similes. In colore aũt vario pan
thera et tigris cetera aialia quadrupedia solicitant videre eos. sed tortura
te capitis terrent. quãobrem caput occultant q pulcritudine reliquę par
tis corporis bestias ad se inuitant. et sic inuitatas arripiũt q manducãt.
Et cuius sit bestia valde seua tñ illis qui sibi aut aliquo subuenerit nulla
tenus est ingrata vt ibidem exemplificat idem plꝰ. de quodam qui libera/
uit catulos panthere collapsos in quandã foueam quẽ panthera cernit
extra solitudinẽ leta et blandiens vt sibi gratias referre appareret.

¶ De pardo

Pardus vt dicit est bestia velocissima colore vario orbiculata. precepsq3 ad sanguinem. et saltu ruit in mor
tem Et habet talẽ dispositionem3 sicut panthera. nec hꝫ ab eo ali/

quam d

quam differentiã nisi q̃ panthera habet maculas albiores. ita dicit plin̄ li. viij. De parvo aũt dicit aristot. li. viij. q̃ qñ parvus infirmat concipit humanũ simũ gratia medicine. et ideo venatores suspendũt sterc' sup arborẽ ad qd̃ ou ascendit a venatorib' interficit. Est aũt animal libidinosũ. et coit cũ leena ex cui' adulterio generat leoparo'. Quere ō de leena. Parvus raptus canibus est nimis sevus vt dicit gl. sup osee xiij.

De pilosis et eorum propietatibus.

Pilosi sicut innuit glo. super ysa. xiij. monstra sunt ad similitudinem hoim. Et dicunt silvestres homines qui et satiri dicuntur Jsi. aũt li. viij. c. v. dicit ipilosi sunt qui grece panides. latine incubi appellant. siue inuij ab incundo dicti passim cũ animalibus. vnde incubi dicunt ab incũbendo id est coeundo. Depe enim impiobi et istere et mulieribus earũ peragũt concubitus quos demones gallipucios appellant. qz sepius hãc immũditiã peragũt. quẽ aũt incubonem vocant hũc romani faunũ siciliũ vocant. Jtẽ dicit papias. Pilosi a grecis panitea. a latinis incubi vocant. quoꝝ forma ab humana effigie incipit ꝙ ibi stiali extremitate termin. at. Jtem dicit glo. sup ysa. xxxiij. Deo idem dicit alia glo. q̃ pilosus dr̃ simea est eni bestia monstruosa. pilosa multũ. et vilosa. figurã humanã in multis representat. Quere infra de simea.

De pigargo

Pigargus est animal mundũ quo ad esum vt patet deut. xiij. Est animal cornutũ et barbatum simile hirc' mun' cervo. manus hirco. vnde similis est hircocervo seu longe minus. Quere ij. de tragelapho. Ruminat sicut hircus. et findit vngulam sicut cervus et est animal agreste magne velocitatis. nemora inhabitat et deserta. Ugucio aũtẽ dicit q̃ pigargus ẽ avis parva et depressa. vñ dr̃ a pige qd̃ est depressio. Deo in deut. supponit p animali quadrupede qd̃ est simile hircocervo vt ibi innuit glo. Nec aspirat ibi prima syllaba. vñ cũ. h. non debet scribi. quidã scribũt philargus. seu male vt patet in libris correctis.

De pigmeis.

Pigmei sunt homines parvi staturã cubitali quos greci a cubito pigmeos vocant. Hi montana indie tenent. quibus vicin' est occeanus vt dicit papias. Deo dicit Aug. sic. Pigmei trium semicubitales sunt qui tertio anno perfecte sunt etatis. septimo senescunt. Dicunt aũt pugnare cõtra grues a quibus armati ferro alitis tiene deuincunt. De pigmeis aũt dicit plin. li. vij. ca. iij. Pigmei cervos vt sunt vociferantes nõ excedentes salubri celo semper vernante habitant in terra temperata montibus opolitis et partibus aquilonis quos grues infestare fama est. Qui incedentes arietũ capitaꝝ dorsis armati sagittis vero tempore congregato agmine ad mare descendũt et ova et pullos gruum pro viribus destruũt et consumũt. Et hanc impetitionem facilt

tribus mensibus quod si non facerent futuris auiū gregibus resistere nō valerent. De penn's aūt eaꝝ et ouorum putaminibus sibi casas faciunt vt dicit idem. Et sē dit. aristoteles inquit in cauernis viuere pigmeos tra

De porco dic.

Porcus vt dicit ysi. li. vij. spurcus dicit. Ingurgitat enim se fe/no et luto et mergit. limo se illinit. et in locis fetidis requiescit. Vnde et Oracius. q amica lutosis hunc q spurcus vilis q spu rius nuncupat. Cuius pilos setas dicim⁹ eis quibus sutores cōsuūt sotulares vt dicit idem. Sunt aūt porci quidaꝫ domestici. alij sil uestres. Masculi aūt inter domitos dicunt verres eo q grandes habeāt vires. Femine aūt dicunt sues quasi pascua subigentes. id est subacta ter ra cibaria exquirentes. Inter siluestres masculi dicunt apri id ē feri vt di cit ysi. De porcis aūt dicit pli. li. vij. c. li. Porci nascunt dentati vt tradit Aristotiles. mares nō vltra trimatuꝫ generant. porcus amisso oculo cito extinguit. vsqꝫ ad quindecim annos vel viginti viuere potest. Multis in/firmitatibus subiacent porci. et qñ infirmant obliquum tenēt caput. Lo lutati in luto plus iacent in latere dextro qꝫ leuo. Pinguescunt. xl. diebus sed magis in principio saginationis. Mutuam vocem nouerunt. vnde vno clamante omnes occurrūt et ipsū pro viribus iuuare satagunt. Inediam per triduū patiunt. mutuo se diligunt q contendūt. Domestici ꝓpria ho spicia domos qꝫ petere discunt et ad eas etiā sine duce redire de vespere consueuerūt vt dicit idem. Eundo et faciendo grunniūt. et duꝫ dormiunt maxime si fuerint pingues. Sunt aūt porci fortioris somni in mari qꝫ in alio tempore anni. q hoc accidit eis ex fumis per calorem vernalem reso lutis ab humorib⁹ in hyeme in ipsoꝝ corporibus aggregatis. et ideo tūc suauius dormiūt et durius ꝓpter resolutos mulcebres fumos ipsorū ce/rebri tunc temporis suauiter oppilantes. In estate vero etsi multa sit hu morū resolutio. fortis tamen fit eorundē dsumptio et deficcatio ꝓpter ex cessuꝫ estiualis caloris. et non fit tanta humoꝝ generatio qui sunt causa somni. propter quod non tantū dormiūt in estate quantū in vere. vt dicit auicenna. In autumno aūt et in hyeme sunt humores compacti ex frigi ditate aeris eos forinsecus constringente. q ideo pauci fumi tunc tempo ris resoluunt propter excessū frigoris humores in corpore compingēs vt dicit idem. Arist. aūt dicit de porco li. ij. Porcus non ejcit dētes omni no. et est masculus plurū dentiū qꝫ sit femina. Item aristo. li. iij. Porc⁹ sal tat post octauum mēsem. et femina parit post annū. et qō generat ex sper mate maris ante vnū annum est debile valde. ꝛc. Item idem. Porcus ha bet consuetudinem q si coierit pri⁹ cū aliqua tunc sui filij sunt pauciores et secunda et minoris corporis. Et quando porca virgo prius fuerit im

pregnata

pregnata pariet filios minores Porca si fuerit multus pinguis erit eius lac paucum post eius partum. Et meliores sunt filij qui nascunt in hyeme et peiores qui in estate. Et meliores sunt filij qui generant in iuuentute q̄ qui generant ex senectute Porcus autez cum impinguat potest coire in omni tempore nocte et die et magis in mane Item li. vi. cum parit porca primo filio primo dat mamillam Quando multū appetit coitū nō vult vt marem saltare super eam quousq̄ declinent auricule. Et multus est oz deu mbonus cibus porcis quando debent generare maxime decoctum. Item li. vi. Porcis accidit tripliciter infirmitas Una q̄ dicitur brancos et est apostema in auricula et in mandibula et sepe in pedibus. et caro q̄ est in illo loco corrūpitur. et transit paulatim corruptio ad carnem vicinam donec veniat ad pulmonem. et tūc suffocat spiritū ꝛ expirat. augmentatur hec infirmitas subito. et pastores porcorum quando p̄mo cognoscunt infirmitatem precidūt membrum in quo est infirmitas. non enim curari possunt sine incisura. Alia autem accidit eis infirmitas que dicit dolor et ponderositas capitis et ex ipso moritur maxima pars porcorū Alia infirmitas est fluxus ventris. et vix habet remediū quoniam interficit in tribus diebus. Et quando porci sunt grossi tūc iuuat eos comedē mora. Et iuuat eos balneum quando aqua eius fuerit multus calida. ꝛ minuantur vene sub lingua eius. Item quando cibus diuersus impinguat porcos. et quidam cibi inflant. et quidam generant carnem. et quidā pinguedinem. Et tam porci q̄ porce delectantur comedere glandes q̄ eoz temperant carnes. tū si porce comederint multum de eis abortient sicut oues. Multa alia refert de eis arist. Quere de apro et infra de sue.

De pediculo.

Pediculus cutis est vermis a pedibus sic vocatus vt dicit ysi. li. xij. Pluris enim pedum motu q̄ morsu ledit cutem. Ex humoribus ꝛ coruptis vaporibus intercutaneis per poros resudantibus generantur vt dicit ysō inviaē. Sepe inquit pediculi et lendes nascunt in capite vel in cute ex purgationibus quas natura emouens facit consumere inter cutem et carnem. Super quem locum dicit expositor. Quidam pediculi ex humore sanguineo generantur et sunt rubei et grossi. quidam ex flegmatico et molles sunt et albi. quidam ex colerico ꝛ sunt citrini longi veloces et acuti. quidam ex melancolico et sunt illi cinerei coloris id est subnigri et macilenti et motus tardi. Vbi autem est nimia pediculorum multitudo in corpore multum plectorico et corrupto signum solet esse corruptionis generalis vt morphee siue lepre vt dicit idē Contra pediculorum autem molestiam valet capitis frequens ablutio. pectinatio. et medicinalis mundificatio. Nam vt dicit Constantinus

Argentū vīuum cum cinere salicis eos necat. et hoc precipue si ex calido humore generantur. Item facit letargicū magnū id ē plumbū vstum cū oleo et aceto. Si vero generant ex humore frigido valet staphisagra aut ripigmentū cū oleo et aceto. Similiter aqua marina et salsuginosa cū aceto. Secūm aūt differentes naturas. alia in eis differentie pediculorū vt ps in porco cui⁹ pediculi dī vsia sic dictus q⁹ vrit. nam vbi mordet ardēs locus ardet vt ibi velice fiant vt dicit idem ysi. li. xij. Quilibet autē pediculus tanto acrius mordet et ledit ānto plus macrescit.

Puler vermis est modicus molestus ¶ De pulice. hominib⁹ maxime et infestus. a puluere dictus eo q⁹ a puluere potissime nutriat⁹ vt dicit ysi. li. xij. Est aūt vermiculus mire leuitatis non cursu sed veloci saltu pericula effugiens et euadēs. E ē poze frigido pigrescit vel deficit estiuo tpe insolescit. Quāuis aūt non sit de animib⁹ q⁹ procedūt p manifestā sexus cōmixtionem. multiplicat tn̄ suā spēm p ouationē. q⁹ oua quedā in se gignit ex quoz cōmixtione vel emissione vnius puler multos producit. Unde puler albus quidem nascit sed quasi subito in nigredinē cōmutat. Sanguinē appetens carnem cui insidet terebrat. q⁹ pfodit liquidiorem partez intercutanei humoris sugit. et in parte corpis cui insidet sugendo sanguinē rubicundū vestigiū derelinquit. dormire volentes acri motu impetit. nec etiā reg.b⁹ si eoꝝ carnes paruus puler tetigerit quin eos molestet. parcere dīcunt. Eius siquidē ablinthiū est venenū. Similiter et folia persicoꝝ vt dicit Constantinus. Colloquintida valet ctra pulices si trita et mixta fuerit cuz aqua per loca vbi abundant pulices aspergat. Similiter folia ablinthij. q⁹ vt dī eoꝝ odore et sapore moriunt. Propter saltus velocitatē defacili non capiunt. In calore ctra tps pluuiosū acrius mordet puler

Rinoceron grece. latine cornu in nare ¶ De rinoceronte interpretat. Idem est monoceron id est vnicornis. bestia ferocissima appellata eo q⁹ vnū cornu in media fronte habeat quatuor pedūm ita acutū et validū vt quicq̄d impetierit aut ventilet aut pfodet vt dicit ysi. li. xij. Nam cuz elephante sepe certamen hz quē vulneratū in ventre prosternit. Tante aūt est fortitudinis vt nulla venantiū virtute capiat. Deo sic asserūt qui de naturis rez scripserūt. virgo puella ꝓponit que venienti sinū aperit in quo ille omni ferocitate depposita. caput ponit sicq⁹ soporatus velut inermis capit et interimit iaculis venatoris. Ideuscq⁹ ysi. li. xij. Greg. sup Iob addit in moꝛ ad tam dicta. Ibi noceron inq̄t fera est noie. omnino indomita. et si quo mō capta fuerit teneri nullaten⁹ possit impatiens q̄a vt dī illico moriē. De rinoceronte dic ysi. li. xij. c. xxi. Rinoceros in nare hꝛis cornu id ē in media fronte supra nares. Hostis ē elephantis vnde suū cornu limat ad saxa et acuit q⁹ sic se

preparat pugne. et in dimicatione aluū impetit elephantis quā sit par/
tem corpis esse molliorē. Longitudo par inest ei vt equo. sco crura multū
breuiora. Color ei⁹ bureus. Et sicut innuit idem li. viij. ca. xxij. h⁹ fere mul
te sunt species. s. rinoceron. monoceron. egloceron. Est āt monoceron vt
dicit idem fera asperrima silis equo in corpore. et cervo in capite. pedib⁹
elephanti. cauda apro. Mugitū emittit graue. vnū cornu nigrū emittens
in media fronte habet duoꝝ cubitoꝝ. Hanc ferā viuā negāt capi. Eglo
ceron spēs dr esse vnicornis. et dr latine capricorn⁹. ab egla qđ ē capra.
et ceros qđ est cornu. aial est pusillū simile edo acerrimū nimis. in media
fronte vnū gerens cornu. Itē dicit plinius ibidē q⁹ in india sūt vnicornes bo
ues habentes candidas maculas et solidas vngulas sicut equi. Sūt et
asini quidā indici vnicornes vt dicit arist. auic. et plinius qui sic dicti sunt eo
q⁹ vnū in fronte habēt cornu inter aures. Residuum āt corporis ipsoꝝ si
mile est corpori onagrorū siluestriū asinoꝝ. Sed talis monoceros ē mu/
ltis audacie et feritatis q̄s sint alij vnicornes. Et dicitur monoceros a
monos qđ est vnus. et ceros qđ est cornu q̄i in capite gestans cornu vnū
Et declinat hic rinoceron rontis. ti. it. similiter declinat monoceron tis. ti.
Inuenitur āt rinoceros et monoceros. tūc dr rinocerotis in gen̄. et sic de

Rana a garrulitate vocis. De rana. Calinus.
sic est vocata eo q⁹ strepūt et sonos vocis importunis clamo
ribus reddunt in palustrib⁹ vbi generant vt dicit ysi. li. xij. ca.
iij. de piscib⁹. Et rane āt quedā sūt aquatice. quedā palustres
quedā rubete. de quib⁹ ꝑ dictū est in lra B de bufone. alie calamite que
sic sunt vocate q̄s inter arundines habitant et frutices vsi et in calamis
uersant. et sunt valde parue et virides et mute sine voce. Alie sūt agre/
stes rane paruule in sicco vel in aquis morātes vn sic sūt nuncupate. Est
āt quedā spēs rane q̄ missa in os canis facit ommutescere. Sed hoc mul
ti negant vt dicit ysi. li. xij. Arist. āt dic̄ rana li. iij. q⁹ hz linguā ꝓpriā que
anteri⁹ lingue sue applicat ori suo. et q̄i ligatur sicut extremitas lingue p
scis. licet posteri⁹ et interi⁹ ad linguā caninā hz absolutā. et propter hoc
hz rana linguā propriā. et est coax. et nō facit hoc nisi in aqua tñi. Et pro
prie masculi⁹ tpe coit⁹ clamat femina. qr qūlibet aial hūs vocē proferat
tpe coit⁹. Rana āt multiplicat vocē q̄n ponit mādibulā inferiorē eq̄liter
in aqua et extenderit supiorē. et p extensionis conatū duaꝝ mādibulaꝝ
lucent eoꝝ oculi sic candele et hoc de nocte maxime. q̄a coeūt de nocte
pl⁹ q̄s de die. Et oēs pisces nutriūt pullos suos p̄ter ranā vt dicit ibidē
li. vij. Q̄n āt ꝑmo in aqua formant rane vident tōliter eē caput cū qua/
dā extremitate depēdēte ad modū caude. deinde dilatat tōlit in ventrē
sblata cauda crescūt ei pedes. et in aial q̄drupes transformat. mouentur
oēs rane preter bufonē vel rubetā potius saliendo q̄s gradiēdo. nā vet⁹

rubeta raro salit. Rana igit aquosa est seu paludosa clamosa limosa. pe trosa. timorosa sub ventre maculosa. venenosa. et ideo abominabilis ho minib⁹ et maxime odiosa. in terra viuit pariter et in aqua.

De salamandra.

Salamandra vt dicit pli. li. x. c. xlviij est similis lacerte in figura huiusq; alibi reperit nisi in magnis imbribus. deficit ât in sereno. et tantus est eius rigor vt ignem tactu extinguat sicut glacies. Sa niem iactam ore euomit que si hominis tetigerit corpus toti defluũt pili. et qó tactum est corrũpitur et in colorẽ turpem commutat. Salamandra itaq; gen⁹ est lacertuli siue stellionis animal pestiferũ et sũ me venenosũ. Nam vt dicit pli. li. xxix. c. iij. fructus arbor inficit. aquas i ficit. et quibus si comederit vel biberit mor necat. sed si saliua eius pedẽ tetigerit totũ hominẽ inficit et corrũpit. Et q̃uis tanta sit in salamãdra vis veneni. a quibusdã tñ animalibus mãducat loco cibi. Inter medios ignes viuit sola aialium vt dicit idem. imo incendiũ igneũ extinguit. Et est genus salamandre cui⁹ pellis est villosa et pilosa sicut pellis vituli ma rini. et qua fiunt aliq̃ cingula ad vsus regũ que post longam vetustatẽ in ignem proiecta non exurunt̃ sed post diuturnam inflammationem illesa et purgati quasi renouati ab ign⁹ extrahunt̃. q ab illa pelle fiũt ligami na in lampadibus et lucernis que nullo incendio corrumpunt̃. Quere .s. in lra D de anguiũ diuersitate. et inuenies ibi de hoc vermi.

Anguisuga est vermis. ¶ De sanguisuga aquatilis sic dicta eo q̃ sanguinẽ diligit atq; sugit. potanti⁹ infigit faucib⁹. vel vbi vsquam adheserit sanguinẽ haurit et cũ nimio cruore maducrit euomit quod hausit vt de nouo re centiorem sugat vt dicit ysi. li. xij. Vermis ẽ coloris subnigri. quibusdã virgulis rubeis distinctus. corpore mollis. oblongus et flexuosus. os ha bet triangulũ et in ore fistulam cũ qua sanguinẽ sugit. venenosis inuidet Et ideo q̃s debet apponi membro causa medicine primo debet imolui i. vtribus et in sale vt sic compellat̃ euomere si quid forsan hauserit venenosi sũ in aqua tepida in tpe calido cui⁹ membro se applicat ad sugendũ.

Stellio nomen sumpsit a colore Est enim bestiola tergo depicta lucentib⁹ guttis in modũ stellarũ De q̃ dicit Ouid⁹ aptũq; colori. Nomẽ habz varias stellatis corpe guttis vt dicit ysi. li. xij. vbi subiungit. Stellio aũt adco scorpionib⁹ est contrarius vt viso eo pauorẽ hic inferat et torporẽ. Plin li viij. dicẽ q̃ stellio maxime de rore viuit. Et q̃uis sit aial pulcrũ et depictũ. multũ tñ est venenosũ. qz vt dicit pli. li. xxix. c. ij ex stellione pessimũ fit me dicamentum. nam cum fuerit mortuus in vino. faciem eorum qui bibunt lentigine adducit. ob hoc enim vngentum necant qui formẽ inuident me

retricum. cuius remedium est oui vitellum mel et vitrum Et fel stellionis i aqua tritum mustelas dicit congregare Et est stellio genus lacerte repti le et quadrupes. habens pedes latos et digitos scissos ad modū man' quibus repit ad domoz et murorz rimas i quibus facit cauernas suas et mutat spolium suū in senectute sicut serpens vt dicit idem q latitat i hy eme in cauernis et hebetat visus eius. In vere aūt exiēs de cauerna sen tiens defectum visus mutat locū et querit sibi locū q cauernā ad orientē et continuo aperit oculos contra solis ortū donec in oculo desiccetur hu mor et consumat nebula que oculis caliginez inducebat Super proue. aūt li. c. xxx. innuit glo. q stellio est aial velocissimū et tñ non penniatuz q tantū velocitate pedū repit et scandit ad sublimitatē domoz ac murorz

¶ De serpente.

Serpens est dictus eo q occultis serpit accessibus. non gradi tur publice et aperte sed squamaz nisibus repit occulte vt di cit ysi. li. xij. De cuius natura hic non prosequor quia ibi supi i ira A vbi agit de angue omnia sunt prolixius explanata. tamē quasdā notas proprietates et vulgatas hic breuiter inserere nō pigebit Dicebat Jo. de sancto egidio de serpente sic. Formidat nurū. dicit enim q insilit in vestitū. sputū fit sibi venenosum. qz saliua iciuni hominis vene nū est serpenti. piguat pro capite i quo dicit esse sedes cordis. Caro fri gida hoc dicit qz frigide est nature. Pectore vētre hoc dicit qz rectus nō gradit. annis scilicet lingualis serpit se renouat. loca musida lingit icz io ca patrida subumbrat io est loca vmbrosa amat. Respicit oblique. quia lateraliter nō directe transfigit. aculeo. et dente flectit in se. qz tortuosus est et non rectus. Abscondit lepzam. quia comedit ne talis infirmitas re uelet ur. non cessat vertere linguam. qz serpens semper mouet linguam ex vi veneni. Esurit et patitur. diu enim sustinet famem. claudit. aurem suam ne audiat incātantē. vino qz venatur. Bibitac. anteqz mordeat interimit. omne quod mordet. alius hostis. qz statu interimit eas. iacta resumit. qa venenū quod ejicit reiterato resumit.

De simea

Simea grece a suppressis naribz est vocata. vñ et simeas dicit Jsi. eo q naribz suppressis sint. q facie fedā rugis turpibz folli culis Alij dicit simeas a similitudine rationis notatas qa in multis homes imitant Sed hoc est falsū vt dicit ysi. li. xij. Et subdit Simee sūt elementoz sagaces. nouā lunā exultant. medias et cauā tristant. qā duos fetus fetū quē plz amat in brachio suo portat. quē ho minz diligit humeris gestat. qñ sibi instat nōtas fugiēdi. cū ho. artat ab insequēte fetū brachijs portatū. pjcē opellit q alū q humeris ūhet pres sa tardior ad fugā redditq io a venatore facilz q citz pūnit. Simearū

aūt qnqz

autem quinq; sūt genera vt dicit ibem et quibus certo pertū caudas habent ¶ Simia enim est cū cauda quam quidam clunem vocant. Sunt et alie que cenophale sunt dicte quia facie canibus sunt similes seu corp' hūt smeaz. ¶ Sunt etiam spinge villose comis q mammis prominentibus facules ad furitatis oblationem Sunt et satiri facie admodū grata et gestu cū lanūb' motib' inquieta. Sunt q callatrices que toto pene aspectu a ceteris distant. nam in facie sunt producta barba et lata cauda vt dicit ysi do. Item dicit plin vij c. huj. vbi dicit simiaz genera figure homis sunt proxima caudis inter se distinguūtur mira solertia visa singula facere nituntur. vnde calciare se solent calceis a venatoribus ex industria derelictis et sic facile capiuntur. naz dū se volunt calceoz ligamentis constringere et calciamenta prout viderant a venatoribus facere suis pedib' coaptare anteq; possint a calceorū vinculis expedire a venatoribus sepissime capiuntur. Item plinius ibidē simiaz ergā fetum maxima est affectio nam manuc. ade intra domos catulos quos parunt omnibus demonstrant tractanq; gaudent et gratulantes et sibi applaudentes cognoscūt ipsaq; pli. Dicit tñ item li. eodem. c. xxij. sunt in india simie toto corpore canonice quas inde ortes capiunt et venantur. De simia autem dicit ysaac li. ij. Communicat simia in forma cū homine q in pilositate cū lupo Et sunt alique simie prauoz motuū atq; morum et eaz dentes quasi canum et mores malicioſus et maxime illaz que habent caudas Alie aūt sunt villose anterius preter faciem. et talū dentes sunt sicut dentes hominis. et alia habent sicut homo. et oculos subtilos et asperos et acutos q mānas in pectore et manus et pedes et digitos sicut homo q potest ambulare super domos pedibus duobus quia habz calcaneū et innititur sicut homo. q hec habent pauca animalia preter hominem q maxime quadrupedia vt dicit arist. In vulua autem assimilatur mulieri. et virga masculorum est sicut canis. et interiora eius sunt sicut hominis. Ducuſq; aut cenia. Hec eadem dicit arist li. ij. vbi dicit ¶ Sunt animalia cōmunicantia in natura hominis quadrupedia vt simia ē vnde recitat omnia supra dicta. Est itaq; simia bestia monstruosa. hominis tñ nature representatiua discipline susceptiua. vnde ad saltandū et varijs modis ludendū informatur. Bestia siquit em est indomita et malicioſa et natura et verberibus q caterīs per violentiam domatur. trunco opprimitur siue blocco. nec libere dimittē ē permittit vt ei' insolentia reprimat. Cibis oibus vescit. q immūdis delectat. propter qđ in boim capitib' vermes ḡnit q̄s inuētos i os proiicē nō dedignat. Simiaz carnes desiderat leo qñ infirmat qz ei' cibus dūra discute qñ grauē infirmat vt dicit ysi. q pli. quere supra de leone. ¶

Sirena ne. vel in ren enis. dicit monstrū ¶ De sirena.

Qđ tuccedit sua cant' trahit nautas ad periculū. vñ dī a siren qđ est tractus

tractus vt dicit vguicio. Blo. aũt super Ysai. xiij. dicit Syrene sunt serpẽ
tes cristati et alati. Alij autem dicunt q̃ sunt pisces marini in specie mulie
bri. Papias aũt dicit Syrene sunt draconcs magni volantes et cristati
vt quidam putant. Isido. aũt li. xx. vbi agit de portentis dicit. Syrenes
tres finguntur fuisse. et parte virgines et ex parte volucres vngulas q̃ alas
habentes. quarũ vna voce. altera tibia. tertia lyra canebat que illectos
nauigantes sub specie cantus ad naufragiũ pertrahunt. Scõm veritatẽ
aũt meretrices fuerũt que transeuntes ad egestatem ducebant. ficte sunt
peroucere ad naufragium nauigantes. Dicit aũt Isi. li. xij. in arabia sũt
serpentes cũ alis que syrene vocant que plus currunt q̃ equus volare di
cunt quoꝝ virus tantũ est vt ante mortẽ q̃ dolor sentiat. De syrena aũt
dicit philologꝰ. Syrena est monstrũ marinũ ab vmbilico et sursũ habẽs
formã virginis. inferius figuram piscis. Hec belua i tempestate gaudet.
in sereno aũt dolet. hec dulcedine cantus facit dormire nauigãtes. quos
cumq̃ viderit consopitos ad nauem accedit et quem poterit rapere secũ
ducit et perferens ipsum ad locum siccum primo ipsum secũ coire cogit.
q̃ si coire noluerit vel non poterit illum perimit et eius carnes deuorat q̃
transglutit. De talibus monstris legit in hystoria alexandri magni.

¶ De scorpione.

Scorpio vt dicit Isi. li. xij. est vermis terrenus habẽs in cauda a
culeũ amarum. sic grece dictus eo q̃ cauda figat et arcuato vul
nere venena diffundit cuius proprium est vt palmam manus nõ
feriat neq̃ ledat vt dicit idem. Et dicit scorpio a scorte quod est dulce.
et pono ibi. id est fingere quia in anteriori parte blandicias fingit. in poste
riori pungit. ũ scorpione autem verme per similitudinem dicit rubꝰ acu
leatus vel flagellum virge nodose. Item scorpio dicit signũ in celo q̃ so
le existente in illo signo primos frigoris aculeos tũc sentimus. Ibi Ora
cius. Matutina parũ cum cautos frigora leuant. Item scorpio ẽ sagitta
venenata arcu vel tormentis excussa que diu ad hominẽ venerit diu infu
git virus diffundit vnde et nomen accepit. De oibus his dicit virgilius
Scorpius est signũ vermis q̃ sagitta flagellũ. De scorpionibus autẽ di
cit pli. li. xi. c. xxvi. Scorpiones pariũt vermiculos ouoꝝ specie. et pariũt
importuna peste. veneno i sicut serpentes. per triduũ valde levit scorpio
nis venenũ et post lenta morte pereunt nisi citius sibi occurrat. letali ictu
percutiunt virgines quando eas feriunt. similiter et femineas. sed non tã
cito viros autem maxime ledunt matutino quando exeunt de cauernis
suis primoq̃ fortuito aliquo ictu ieiunum infundunt venenũ semp cauda
parata est percutere nullo q̃ momento cessat a lesione. si ei datur occasio
ledendi et obliquo ictu et influxo feriendi venenum candidum eos infũ
dere. apoderus auctor est qui descripsit scorpionũ nocuorũ genera per

colores ge

colores. geminos haberi quidam aculeos et in os sunt nares seniores et maxime tpe coitus et hi sūt ceteris graciliores et longiores Omniū autē venenū in meridie magis est nociuū quādo solis ardorib⁹ caluerit. Similiter qñ siciūt q habēt queuā internodia in cauda quanto plura tanto pciora eorū sūt venena. et aliq̄ndo sunt illa internodia sena aliqñ septena Tradit aūt apolodius quosdā in affrica habere pennas et illis sūt valde nociui. et os quidā venenū qui questus gr̄a colligūt diuersaꝝ terraꝝ venena illos allatos scorpiones referre in ytaliam sunt conati. seo infra circuli regionē celi nullat⁹ viuere poterūt. Videnē tamen aliqñ in ytalia. seo sūt innocui. Inficia pruciūt porcos nigros qui cicius moriunē. Ex si in aqua post ictum se immerserint. homi a scorpionib⁹ percusso cinis eorū potatus in vino est remediū submersi etiā in oleo succurrēs periculo q pūgendo animalia eduerūt. Nullū animal leuit scorpio carens sanguine q sunt quidā scorpiones qui pariūt vndenos fetus quos mater qñq; deuorare dicit. seo vn⁹ qui magis est sollers scandit sup clunes matris vbi tutius residet. a cauda et a morsu hic genitorē interficit q fraterne cedis cultor extitit et hic pudere fecit natura. ne pestifera pgenies nimiū ꝓpagef hu. usq; pli. li xi. dicit aūt aris. li. vij. q scorpiones qui cōmedūt venenosa sunt peiores veneni et dracones quidā omedūt scorpiones et illi sūt pessimi. et otra punctura aūt scorpionū multa sūt remedia. vt ptz sup. li. v. de morbis et venenis.

De sue.

Sus vt dicit ysi. a subigēdo est dicta eo q terrā rostro subigit ꝓter cibū terrā eni sulcat et subuerit vt dentib⁹ pueniat ad radices pli. aūt li. viij. c. lj. dicit suillū pecus circa vernū eq̄noriū conc̄ipit bis in āno parit. iij. mensibus in vtero trahit xx. filios qñq; ꝓducit Sed educare nequit. et aliqñ omnes deuorat ꝓter primū illū magis diligit qui ꝓmo de vtero exit. quia ei magis est naturalis et ei semp primo ꝓ mā mamillā porrigit vt dicit pli. solinus et aris. libro. vi. Est aūt aial īmūdum et gulosū aude deuorās qlibet fetioū et immundū. balneū putat lutum et reuoluēdo se in luto et quiescendo inpinguat Et vt dicit aresť. li. viij. et inpinguat ꝑcipue in quiete et septima ps sui cibi transit in pilos et in sanguinē et in cōsimilia et cū parit crescit et macrescit. quia nutrimentū transit in lac vnde eius filij nutriunē. et quādo habet iuuenes magne ē ferocitatis et pugnat pro eis otra lupum Vlias eius ꝓprietates quere super in littera. p. de porco et in littera. M. de apro

De Tauro

Taurus est bos masculus nō castratus vt dicit ysi. et est grecum nomē sicut bos Indicis aūt taurus vt dicit idē li. xij. ē color fuluꝰ et velox pricitas pilis in otrariū versis caput circūflectit flexibi

litate qua

litate qua vult tergi vuricia omne telū repulsum munitū feritate. qui sub arbore ficus alligati omnē amittūt feritatem et subito mansuescūt vt dicit ysi. li. xvij. quere ē. de ficu in lra f. Est alal superbū et cornicosū. cuius maxima fortitudo est in collo et in cornib⁹ ac ceruice. vñ pli. li. viij. c. xlv. Generositas tauri patet in aspectu et in cornuta fronte et i auribus setosis ac in cornibus et in procinctu domitationū pre offerētibus cuius tota dominatio in pr̄oribus pedibus stat quib⁹ in altū spargit arenā et ex tali sparsione singulariter inter alia alia mardescit vt dicit idem aristo. li. ij. Taurus habet epar rotundū simile epati bois. et pascit solus ante tp̄us coitus et amotis et tūc vaccis se associat vt dicit idem li. viij. et tūc pugnat alios fortissime pugnat. Item in corē. Tauri impinguant ab herbis et granis ventositatem generantib⁹ ab extremitatib⁹ pisar̄ et fabar̄ et huiusmodi. Et si quis voluerit parū cornū et cuz fistula sufflando parū cutem a carne elevaverit et post ei voluerit ad māducandū impinguabit et impinguat cū vulcibus cibis sicut cū ficubus et vuis passis Item li. viij. tauri faciūt contrariū equis. quia nisi aqua fuerit frigida et pura nō curant potare eam Item idem li. viij. propter protes pugnant tauri. et qui vincit salit sup feminam. et cū debilitatur p̄ multitudinem coitus venit vic⁹ contra eum qz pugnat. et qui tūc vincit salit sup feminā quasi gaudēs de triumpho. et tauri vtunt coitu p̄ annū et forte p̄ octo mēses licet vacca ḡre ſ. de vacca Tauri aūt q̄ssu nō sūt castrati feroces sūt et superbi ſ. ablatis testiculis effeminati redduntur et pigri imbelles penitus et māsueti. crescunt tñ corpore et impinguescūt et aratrū ligo mansuescunt. Quere ſ. de vitulo castrato. Item in li. xix. in fine dr̄ q⁹ tauri habent fortiores nervos et ligamenta id est lacertos q̄ boves. qz in castratis omnia corpis membra emolliscunt. Et in corde tauri inuenit̄ sepe os sicut in corde cervi. Sunt aūt q̄dam tauri agrestes vt dicit pli. li. viij. ca. xxij. Sunt inquit tauri atrocissimi silvestres ceteris maiores et velociores. colore fului. et oculis ceruleis pilo in otrariū verso rictū ad aures extendentes. cornua mobilia habent que alternatim in pugna mouent. tergū habent durum ad modū silicis. ita q⁹ vulnerari nō potest. feras omnes venant. nec aliē poterit capi q̄ in foueis. capti semper feritate intercūt et pre indignatione morientur.

¶ De tragelapho.

Tragelaphus est dictus hircocervus. Tragos quod est hircus. et elephos qđ est cervus. Et dicit ysi. li. xij. tragelaphi a grecis sunt nominati quoniam sunt eadem specie vt cervi villosas habent armas vt hirci. et mentū premissis hirsutū barbis De his aūt dicit aui. li. ij. quedā agrestia alia habēt cornua tortuosa. vt hircocervus qui tragelaphus dr̄. et pedes eius habent soleas. q⁹ corpus eius crescit ad quantitatē cervi et sūt fortes valde et facies eius de-

¶ clinant. et cornua eor̄ sunt sicut in uli.

Talpa est quedã bestiola ad similitu ¶ De talpa
dinem muris. de qua dicit ysi.li.xij. q; sit damnata ecitate per
petua in tenebris. est enim absq; oculis rostruz habet ad mo
dũ pozci cũ quo terram fodit. et humaz egerit et radices sub
terra comedit et corrodit. solem odit et fugit. nec potest viuere super ter
ram. nigram habet pellem villosam et mollem. crura breuissima et pedes
latos et per digitos distinctos ad modũ manus. Crist. aũt de talpa dicẽ
sic Omne animal generalis animal sibi sumit habet oculos preter talpã
que non habet oculos apparentes. sed siquis inciderit cotiũ subtiliter in
ueniet interius vestigia latentiũ oculoz̃. Et putauerũt aliqui q illud co
rium rumpitur pre angustia qñ incipit mori. et tunc incipit aperire oc̃los
in moriendo. que eos clausos habuit in viuendo. Dicit ad hoc pli. li. x. c.
xlix. Liquidius audiũt talpe obrute terra denso atq; surdo natura oculo
rum tecto. cũ hominem audierint loquentez̃ fugit a remotis.

Taxus est melus. animal scz ad ¶ De taxo.
quantitatẽ vulpis. cui⁹ pellis valde est hispida et villosa et di
cit melota vt dicẽ gl. sup illud v̄bũ. Circumierũt in melotis ꝛc.
hebr. xj. De hac bestia scz de taxo fuit de melo dicit pli. li. viij.
c. xxxix. Est et melus quedã solertia. qñ enim eas canes insequunt anheli
tũ et flatũ retinent. retinendo cutẽ extendũt. et sic morsus canuz et ictus
hominũ arcent. futurã preuident tempestatẽ. et ideo sibi faciũt cauernas
subteraneas diuersos exitus habentes. vnde qñ flat ventus aquilona
ris obturat caudaz̃ villositate introitũ aquilonarẽ. et apertũ dimittũt
tunc australem. et econuerso. In eisdem aũt latibulis se prouident i pastu
ra hyemez̃ etsi qñq; eis defecerint cibus eis p cibariis erit somnus vt
dicit idem. Sũt enim de generib⁹ animaliũ que in hyeme se abscondũt.
et pro magna pte de somno viuũt. vt ẽ de mure. Est quedã species tari
vt dicit philologus que absolute cibos ptra hyemẽ vna cũ femina col
ligit et reponit. q veniente algore hyemis timens masculi⁹ne cibi collecti
nimis cito deficiant feminã ab eis repz̃mit et ipsam ad saturitatẽ come
dere nõ ꝑmittit que pacẽ simulans q ãi taxo masculo cedens cauernam
latenẽ exit. q p partẽ oppositã latibulũ intrãs ignorante masculo fauces
aperit diu aggregatos cibos deuorat. q ꝯsumit. Hec bestia vt dicit idẽ
vulpem odit. q cũ eodẽ dimicare ꝯsuescit. sed videns vulpes q ꝑpter du
riciã. q villosam ei⁹ pellẽ ledere nõ poterit se victã simulans fugam petit.
et dũ taxus predã querit vulpes ei⁹ latibulũ ꝯintrans. prima. q alijs im
mundicijs tari cubiculũ inficere ꝯsuescit. cui⁹ fetorẽ abhorrens melus de
fossatũ domicilũ derelinquit. q aliam mãsuculã necessario sibi

Tigris est bestia ad fugam velo ¶ De tigride. ¶ querit.
cissima ad modũ sagitte. sic eni persẽ. tigrim vocant vt dicit ysi.
li. xij. Est

li.xij. Est enim bestia varijs maculis distincta. Vnte et velocitate mirabilis. ex cuius noie fluui⁹ tigris appellat eo q rapidissim⁹ sit oim fluuiorū. Tigrides eni magis hircania gignit. hucusq; ysi. Dicit aūt hic tigris, h⁹ tigridis p bestia. q̄ p fluuio. hic tigris h⁹ tigris q̄re s de fluuijs⁹. De tigride aūt dic̄ plī. Tigrides aūt vel tigris hircani vndiq; ferunt q̄ sūt aialia tremende velocitatis et maxime noscit cū capit. tor⁹ eni fetus q̄ sp vi scosus est ab insidiante venatore rapit. et in equo velocissimo subito deducit. alubi fera spolians catulis vacuū cubile reperit ferit precepsq; odore ferentis catulos inuestigans venator aūt audiens fremitū insequentis abijcit vnū catulū quē illa tollit ad suū latibulū motu ducit. q̄ reposito i cubili concito cursu iterū redit. interim raptor cū reliquis nauē scandit. et illa irritata et frustrata feritate pro nullo vltra seuit vt dicit plī. li. viij. ca. xix. Masculus aūt de fetu penit⁹ nō curat vt dicit idē. Qui aūt oēs catulos deferre cupit. specula magna in itinere derelinq̄t. que mī insequens i via inuenit in eis se intuens. de sua imagine filios esse credit. circa aūt suā vmbrā illic detenta. et circa filioz extractionē de vitro occupata dat raptori spaciū fugiendi. et sic p vmbrā decipit ne raptoz̄ p catuloz̄ liberatio

Jnea vt dicit yſi. ¶ De tinea. ¶ne vlterius plequat. est vestimentoz̄ vermis dicta eo q teneat et eo vsq; vestib⁹ insideat quas corrodit. et ex vestiū corruptione gignit. q̄ scz vestis aliquādiu in aere grosso obmit nec vento p̄flandit et in puro aere libere nullaten⁹ explicat. Insensibiliter aūt panni superficē assumit. et cū sit sensibile animal infra pānī substanciā se occultat q̄ vix vnq; videri oculis se permittit amara et odorifera tinee fugiūt ad vestes respersas talib⁹ de facili nō accedunt. et ideo folia lauri cedri et cupressi et hmōi posita in cistulis vestes ibi repositas et libros corrūpi a tineis nō permittūt vt dicit Constl. Est eñ q̄daz scabies capitis q̄ ꝓpē suā tenacitatē et adherentiā tinea est dicta. de qua q̄re li. v. vbi agit de capitis infirmitate. ¶ De teredine.

Teredines vocāt greci lignoū vmes eo q tenendo edāt vt dicit Jſi. li. vij. Ex humore aūt corrupto in arboribus⁹ derelicto sub cortice arboz̄ et in medullis generant. materie aūt in arboribus⁹ generant q̄ in opportuno tpe arbores resecant vel plātant vt dicit idē. s. hoc est in pleniluntio potissime q̄ humiditas q̄ lunari vnte cū corpib⁹ tunc abundat nō digerit ꝓpter eā⁹ superfluitatē nō regit a natura. et ideo necē vt talis superfluitas corrūpat ac in vmes et in putredinē conuertat. q̄re sub de effectu lune. li. vi. Teredo itaq; ligni vermicul⁹ in substancia est mollissim⁹. et inde cū corrodit et diminuit durissima ligna substilizē pulueriē q̄ posset lineā facere. quere infra de vmiculo. ¶ De testudine

Estudo est aial sic dictū eo q tegmine teste sit opteū in camē modū vt dic̄ Jſi. li. xij. Et sc̄ quor⁹ genera scz terrestres. maritime. lucarie

ſez in paludibus ꝓmentes.et fluuiales. Et tradūt aliq̄ qō tā incredibile
eſt radius ire nauigiū teſtudinis peoū dertrū deferens vt dicit ꝓli.xij.
De teſtudine āt quere ē in lra il de limace ¶ De tortuca.

Tortuca inter teſtudines ponutāt eo q̄ inf teſtas durſſimas clau/
dit.inf quas ſe recolligit qñ ab aliq̄ moleſtat. Eſt āt ei° duplex
ſpecies ſ.fluuialis et terreſtris. Fluuialis āt tortuca mort fera ē
et venenoſa. Terreſtris vo q̄ habitat in domib° vel ſiluis mūda eſt ⁊ co/
meſtibilis.eſt tñ horribilis in aſpectu et deformis. Ponit āt ouа vt galli
na ſed pallidiora et minora. Eſt āt aial q̄ruped habens pedes paruos
ſicut rana. ⁊ caput paruū ſic̄ ſerpens. ⁊ teſtas duras diuerſis maculis de
formatas Carnes vo ei° q̄ habitant in nemoribus ſunt medicinales et
virtutis reſumptiue.vñ valent ethicis.ptiſicis.et cōſumptis. De tortuca
āt marina dic̄ ariſt li.viij.tortuca tāt marina comedit oſa.et ei° oſtreū
eſt fortius omni ore cuiuſlibet aialis. qñ ſi acc̄perit lapidem in ſuo ore
cū frangit.et exit ad ripā et paſcit herbis.et cū reuertit intra aquā aſcen
dit et natat ita q̄ deſiccat dorſi ſupficies a ſole qñ illi nō leue ē q̄ in aq̄
ꝓfundat Jtē li.xij. aial habens ſquamā plumā aut cortic̄ nō hz veſica
ꝓpter paucitatē potus.qz ſuperfluitas pot° trāſit in plumas et alia ꝓter
tortucā. qñ pulmo tortuce maxime eſt carnoſus ſanguineus ſimilis pul
moni vacce.Et pulmo tortuce ſilueſtris eſt maior q̄ debet eſſe qñ corp°
ei° otinet in teſta ſpiſſa.et ꝓpter hoc nō diſſoluit niſi in carne tñ.⁊ ꝓpē
hoc fuit in tortuca veſica vt reciperet ſuperfluitatē ſic̄ vas. hz valde parua ē
veſica in oibus aialib° hātib° pulmoné ſanguineū.et ideo ſola tortuca in
ter aialia habentia duros cortices hz veſicā et renes. ¶ De vacca

Vacca tauri eſt femina.dicta eo q̄ bacca vt dic̄ ꝓſi.li.vij. Eſt autē
aial laſciuū et luxuriosū qz vt dic̄ ariſtot.li.vi.vacce p° annū mo
uent̄ ad coitū.et forte p° octo menſes.et tps impregnationis ē
p nouē menſes.et fetus erit i decimo. Et vacce coitus aſſimulant mo rib°
et efficiunt ſiluestres ita q̄ nō pōt eas domare paſtores.et deſiderū vac
cax manifeſtat p tumoré inguiū et ſuos mugit° otinuos.qñ vacce mu
giunt otra coitū.et ſaltant ſupra tauros et ſequunt ipſos. et cū eis ſtant
Jtē in eod̄ dicit in fine.Dicūt boues q̄ tps impregnationis eax eſt de/
cē menſiū.etſi ante hoc tps pariat.fetus nō viuet.nec ſue vngule oplebū
tur.et in maiori pte pariet vnum et forte duos. Femine viuūt in maiori
pte xv.annis.et mares ſic̄ter.hz qñ caſtrant efficiunt fortiores et viuunt
viginti annis.et p° partū hz lac bonū. añ āt nihil hz. etſi habuerit parū
aut nihil valet ⁊ cū ꝓmo coagulat lac vacce.efficit ſic̄ lapia.hoc āt ei ac
cidit cū miſcet aque. Vacca vn° anni raro ſe miſcet tauro niſi p° annum
Et q̄ vacce multotiens impregnant et faciūt plures filios ſignū eſt Fm
q̄ putant boies q̄ in hyeme multe pluuie erūt. Jtē grege viuūt etiā a gre

ge receſſerunt

ge accesserint sepe pereunt qñ a bestijs comeduntk. Jtē omniū animaliū
sūt voces fortiores et grossiores in masculis exceptis vaccis que vocem
habent masculis grossioré. Jtē vt dicit idē. vacca cornua hz fortiora et
grossiora et magis nodosa qz masculi. nō tñ ita magna. ꝯ si calefiant pos
sunt flecti in oēm partē. et qñ infirmant in pedib' est eis medicina si inter
cornua oleo et pice ꝛ alijs medicaminib' inungaf. Jtē dicit idem ꝙ vac
ce diligūt bibere aquaz claraī. et turbidaī vix aut nunqz bibūt. et eis acci
dit podagra et ex hac infirmitate moriunk. et signū est qñ summittūt au
res siz et nō comedūt vt dicit idem. Vacca impinguata magū abhoꝛret cui
cōsueta minus pasta vltimo est subiecta. in fimo ꝓprio iacens impingue/
scit. et ꝙnto plus a labore ei parcit. tāto torpet amplius et pigrescit. pun
cta ocstro id est musca bouina caudā erigit et miro modo insaniens per
campos licentia circuit et discurrit. De vacca agresti

Vacca aliqñ est agrestis. de qua dicit auicen. et etiā Arist. Est inḋt
vacca in terra parthoꝛ hās crines in collo sic̄ equi. ꝛ est corpus
ei' ad quātitatē cerui. vñ a multis equicervus vocat. ꝛ talis vac
ca carens cornib' habitat in mōtanis. et est siluestris. et habent pulcros
oculos et sūt acuti visus. et qñqz habent cornua vacce hmōi. ꝯ sunt par/
ua ad modū inuli et sūt curuata versus tergū sic̄ cornua capri. et in cor
de ei' inuenit os sicut in corde cerui ꝛ cameli. ꝛ illud os qñ incalescit san
guis. titillando mouet cordis neruos et substantiā et est cā excitans ani
mal ad motū letitie et exultationis. vnde ex tali titillatiōe ꝙi subito se erꝛ
git caput mouet. salit veloci' et discurrit. Jtē dicit arist. li. viij. Aialia inḋt
q non pñt hre iumamenta a cornib' hñt iumamēta alia a natura. sic̄ debet
velocitatē cervis et agrestib' vaccis q̄ cornua hñt incurvata. et non pñt
ꝓpter magnitudinē deferre totū corpus. et ꝓpter hoc debet natura a/
gresti vacce aliud iumamentū. scz ejectionem stercoris q̄ exurit canes qui
ex vicino sibi nimiū appropinquāt. alij etiā canes qui stercora talium vac
carū inueniūt circa ipsoꝛ ostiū se occupant ꝙsqz imbelles bestie fugiāt
periculū et euadūt. De hoc ꝙre ē in lra. B. de boue et de bubalo qui est

Julus a virore eta C De vitulo C bos agrestis
tis est dict' vt dicit ysi. li. xij. Mā statim qñ nascit a vnte ꝓpria ad
querenda mīs vbera erigit et leuat. mīs vberib' statim reficit
et lactat. materna lingua ꝛ ab oī immundicia extracta ex vtero absterꝛ
git et purgat. Nascit ei sic̄ equo in fronte pustula q̄dam nigra quaz ma
gi fore amoris asserunt incentiuū. Hāc pustulā mr statim amputat ꝛ de
truncat. nec eū admittit ad vbera nisi predictū virus auferat ꝛ pcindat
Jtē dicit arist. de equa et ei' pullo sibter aliq̄. ꝙre ē in lra C de equa. Vi
tulus mrem diligit. et ei' mugitū sequit et cognoscit. Vbera q̄ fugit frō
te exurit. et sic vberioꝛ lactis effusionē a matre querit. lacte saciatus sa/

lit hylaris et discurrit sallendo ãt a matris vestigijs non discedit. Simile dic̃ arist. li. viij. ꝙ vituli castrant et p̃ vnũ annũ. etsi non castrent illo tpe erũt parui. Et est castratio vitulorꝫ ꝑm hũc modũ. ꝓsternunt vituli ⁊ erigunt in terra et scindit cozũ. et exprimunt testiculi. et erigunt cozũ ravi/ces ad superi. ⁊ corꝫ nerui et ligat fissura quousqꝫ exeat sanguis extra etsi accidit apostema cremabũt testiculũ abcisũ. et ponunt cinerẽ sup apo stema et sic locꝰ sanat. Est ãt in mari quedã bestia hũs similitudinẽ vitu/li. ꝓpter qd̃ vitulus marinus nuncupat. hec parit in terra more pecudũ. more canũ coit. nunqꝫ parit plus qꝫ duos. educat mãmis fetũ. nõ aũ vn decimũ die dicit fetus ad mare. sed deinceps assuefacit eos ad natãdũ difficiliter interficiunt nisi capite illeso. mugiũt sicut vituli ꝓpter qd̃ vitu/li nuncupant. voce et vultu populũ salutant cuꝫ maxima disciplina. Pul lũ animal grauiori somno premit. pennis ꝗbus i mari vtunt. humi vice pedũ serpunt. pelles hirsutas et crinitas sicut vituli que detractũ sensum equoris retinent. sp ꝙ maris estu recedente inhorrescunt. Dertere eius pẽnule vim somniferam dicũt inesse somnios qꝫ ꝓuocat si supponatur ca

pitis huiusqꝫ pli. li. viij. c. xij.

Vitulus est vo (De viso. (Cap. ca/tus eo ꝙ ore suo formet fetus q̃si ocius vt dic̃ ysi. li. xij. nã aiũt eos informes generare partus et carn̄ quandã nasci quam ma ter lambendo membra ponat. Dñ est illd̃. Sic formet lingua fetũ quẽ ꝓtulit vita ãt. Seo hoc immaturitas partus facit. Demiqꝫ tricesimo die generat. vñ euenit vt precipitata secunditas et informis procreet. Ur/sozũ caput est inualidũ. vis maxima in brachijs et in lũbis. vnde in tridu um credi iussũt vt dicit ysi. li. xij. in. c. de bestijs. Mel dr̃ visus ab vrgen do ꝙ fortiter vrget ac stringit quẽ apprehendit. De visis dicit pli. li. viij. c. xxxvij. visorum inquit coitus in inicio hyemis nec vulgari quadrupe dũ more coeunt. sed embobus cubãtibus⁊ completis recedunt ab inui cem. et intrant specus separatim. in quibus pariunt. xxx. die. ⁊ nõ plures q̃ quinq; sunt fetus candidi. ⁊ informis caro. parũ maior q̃ sint mures sine oculis et sine pilo. vngue tñ prominent. hunc lambendo paulatim fi/gurant. nec vident hoies quicq̃ rerius q̃ visos coeuntes vel parientes. ideo mares quadragenis dieb̃ latẽt. femine quaternis mensibus latibu la sua edificant cũ ramis et frondib̃ ⁊ penetralia imbrib̃ molli q; fron de cõtecta. primis his diebus bis septenis tam graui somno opprimunt vt nec vulneribus valeant excitari. tũc pinguescũt miro modo. Et sũt eꝰ aripes apte otra profluuiũ capillorꝫ. post hos dies resident ac priorum predũ fructu viuũt fetus frigentes opprimẽdo ad pectꝰ fouent. ⁊ cubant sup eos sicut volucres. Rurũ ãt est dictũ qd̃ credit Theophrastus. s. viso rũ carnes tũc tpis coctas crescere si seruent. nec inuenit tũc aliqd̃ cibi in alueo vestigiũ nisi modicuꝫ de humore. Circa cor aũt hꝫ tunc sanguinis

paruas gut

paruas guttas et nisi omnino in reliq̃ corpe inueniri põt in vere proce/
dũt. et tũc masculi sunt pingues. Cuius rei cã est occulta ꝓpue tñ tunc
tpis nec cibo nec somno tũc sunt saginati ꝓter q̃ dieb' bis septenis Ere
mintes aũt specũ quandã herbã querũt quã comedũt vt latent ventrem
que habent tũc ostrictũ. Oculi eoꝝ tũc sunt hebetati. et ideo tũc maxime
expetũt fauos apũ vt os vulneratũ puncturis apũ sanguinando rdeunt
grauedine et dolore. Caput hꝫ debile qđ est fortissimũ in leone. et ideo
vigente vi q̃q̃ de ripe se precipitent collapsi sup arenam defacili mori
unt. Cerebrũ vt dicũt habent venenosũ. et ideo eoꝝ capita q̃q̃ occidũ
tur in spectaculis oburunt ne gustantes aliqui de cerebro in vsũ rabi
em incurrant. Pugnãt ꝑtra tauros et aueris rapiũt ore ipsos. pedib' q̃
oinib' et cornib' suspensũ ponere deiciũt et tũc mordendo eos dilani
ant et occidũt. Nec alicui animaliũ inest tanta solertia ad malef cia sic vt
his. Inuenq̃ plin. viij. c. xxvij. De vitis aũt dic aristot li. vi. Urius inquit
comedit oia indifferenter Comedit enim fructus q̃ ascendit arbores q
frangit alucaria et comedit mel et infestant apes oculos ei' et ꝑpungunt
linguã. et q̃q̃ fugiunt ipsum. et comedit cancros et formicas ꝓpter me/
dicinã. et comedit carnes ꝓpter ei' magnã fortitudinẽ. Et pugnat cum
ceruis et porcis agrestib' et cũ cornib' et cũ tauris. et ꝑsternit eos. et va
dit erectus contra eos et tenet manibus cornua et sepe vincit eum. Est
autem animal impatiens et iracundum. volens se vindicare de singulis
que tangũt. et ideo si aliquẽ pacientem se inuenerit si ali' eũ tetigerit oi
mittit primũ et statim inuadit scõm. essi tertius statim eũ leserit dimittit
primũ et scõm. et mox contra tertiũ insurgit. et q̃ si capit pelus arrectis
aspectu erectaq̃ catenis colligat. lauare opellit et p verbera domesticat.
Animal etiã est instabile et malũ inquietũ. vñ tota die circumit circa sti
pitẽ ad quẽ vinculũ alligat. pedes suos fugit et lambit. q in eoꝝ suco de
lectat. mirro modo fit scandẽ sup arbores vsq̃ ad altissimas ipãꝝ arbo
rũ cacumitates. Solẽt aũt mellificare apes in arboribus ocanis quãꝝ fauos
deprehendens vrius p odorẽ ascendit vsq̃ ad locũ mellis. et faciens en
gubbus in arbore aperturã extrahit mel et comedit. et ex consuetudine frequen
ter q̃ si urit ad locũ redit qđ attẽdẽs venator circa arboris pedẽ fauces
et palos acutissimos undiq̃ circũfigit. Dñ aperturã malleũ valde ponde
rosũ cũ reste suspendit. Veniens itaq̃ vrius cupiens et mel extrahẽ capi
ens p malleũ impedit q̃ pede malleũ a se proiicit. sed rediẽs malle' ipm
ad aures tangit. unde quo indignat' fortius a se malleũ reiicit. q̃ impetuos'
rediens acrius ipm ferit. et tandiu ictu truncũ fugit malleũ sic otẽdit quo
usq̃ ex frequenti ictu caput qđ hꝫ debile deficit. et cadens interfic' sup pa
los ꝓpria stultitia se occidit. Istũ modũ venãdi visos narrat theophra
stus. et ultũ eundẽ modũ a venatorib' velocissimis in germanicis partib' inted

Clerit

Visa aūt bestia est sensissima et maxime quando ¶ De visa
catuli sui rapiunt̄ nāz tūc cura est de salute filiorū ideō eos diligē
cius lambit. lactat et nutrit. et circa illos sepe potēter pro viribus
se opponit. impregnata a masculo se diuidit. ꝙ vsq; ad filiorū informatio
nem viten⁹ non accedit vt idem dicit. in tempore luxurie se abscondit et
videri amoris tpe erubescit. Masculi etiā eis tūc tpis parcūt et volupta
tis gratia eas infra partus tpa nō accedūt. vt dicit aristo. pliñ. et auicen.
Itē pli. li. x. c. lxxiij. Ursi inquit nō lambūt potū vt bestie habentes serra
tos dentes nec sorbent vt habentes otinuos sicut oues et homines. sed
aquā morsu vorant. ¶ De vulpe.

Vulpes est dicta q̄i volupes. est enim volubilis pedib⁹ et nunq̄ re
ctis itinerib⁹ sed tortuosis anfractib⁹ incedit fraudulenter aial uti
q̄ decipiens. nā dū nō haburrit escā mortuā se fingit. sic q̄ a
ues descendentes q̄si ad cadauer rapit et deuorat et transglutit vt dicit
pli. li. x̄ vulpes sp claudicat. nā crura ei⁹ dextera breuiora sūt q̄ sinistra
pellem habet multū villosam calidam et pilosam caudā magnā. quā dū
canis rapere putat dentes et os pilis replet et obturat. Contra tarū p
mansionibus pugnat et ipsius foueā vrina et stercore polluit et defedat
et sic de ipso nō violēcia sed dolo et fraudulēcia triumphat. Foueas q lo
ca subterranea inhabitat ꝙ frequētat. aialia domestica plus q̄ siluestria
rapit et deuorat. Et vt dicit arist. li. viij. cervus est amicus vulpis. ꝙ p̄ter
hoc pugnat otra melū id est otra tarum et ipsū iuuat. naturale est odiū
inter vulpeculā ꝙ melū siue tarū quē sepe superat. vulpes dolo potius q̄
virtute. Est aūt animal vorax et gulosū et ideo generat filios cecos sicē leo
et lupus vt dicē arist. li. vi. Dā vt dicit Solin⁹ in omnib⁹ facientib⁹ filios
incompletos causa ē gulositatis. q: si expectaret natura vsq; ad comple
mentū fugiendi interficerent matrē. et ideo natura nō facit fetus nasci si
ue ante oplectionem ne nimis expectando plenā formationē auiditate ni
mia nutrimenti interimerent matres suas vt dicē idem. Animal siquidem
est fetidū corruptus et loca reddit sterilia et corrupta vbi morari otinue
dūrauit. ventrem et guttur habet albū et debeatū. et caudā ꝙ tergū habz
rufū. anhelitū hz fetidū. et morsū aliq̄tulū venenosū vt dicit pli. Q̄n eni
insequunt canes caudā inter crura recolligit. et q̄n videt se nō posse eua
dere in cauda villosa vrinam recolligit quam sup canes ipsaz sōsequētes
proficit et diffundit. cui⁹ fetorem abhorrens canū multitudo aliquātulū
ei cedūt. Domesticū et domitū in necessitate se fingit sed nocte oportuni
tate aliqua siluas petit. Et q̄uis multū sit in se versutus et malicioūs in
multis. tñ est vtilis p̄m exercitū medicine vt dicē pli. li. xxviij. Adeps eius
eius et medulle multū dicunt̄ valere otra neruoz otractionem. Sāguis
dicē diureticus vnde multū valere credē ad lapidem in vesica et renum
fractionem

fractionem. Plinius ponit pli. ibi de virtute vulpiū magnoꝝ opiniones de qb⁹nō curo facere mentionē Dicit tū q̄ fūs lingua vulpis habuerit in anulo vel in armilla talis nō patiet vt dicit ꝑm magos caliginē oculoꝝ.

Vermis est animal qđ de carnibus sepe et herbis nascit. sepe ait de olenibus, pereat. aliq̄ ex sola humorū corruptione. aliq̄ ex seruū commixtione. et aliq̄ ex ouarijs. vt ꝑz in tortucis et scorpionibus et lacertis vt dicit ysi. li. vij. Dicit autem vermis quasi vertens vel quasi verrens. q⁹ in multas partes se vertit. vel quia verrit id est ad partes oꝑ positas se trahit. non enim sicut serpentes squamaꝝ nisibus vermis repit sed in diuersas partes corpusculū suū trahit vt dicit ysi. Et vere tū de latebris vermes exeūt. et ideo forsan vermes a vermio exitu nomen sumūt vt dicit idem. Sūt aūt vermiū multe differentie sicut dicit idem. nā quidā sunt aquatici. et quidaꝝ terrestres. Et istoꝝ quidā sunt in herbis et olenibus vt eruce et similes. quidaꝝ in arboribus vt teredines. et quidā in vestibus vt tinee et quidā in carnib⁹ vt maderones qui ex corrupta humiditate in carnib⁹ putridis generant. quidā in animalib⁹ vt lumbrici et ascarides in viscerib⁹. sirones in manib⁹. pediculi et lendes in capitib⁹. qui oēs ex humoribus corruptis in animaliū corporibus interi⁹ vel exterius generant. Sūt et alij vermes terre longi rotūdi molles et lubrici terrei quos in terra venant talpe et quibus pisces in aquis capiunt qā hami talib⁹ vermib⁹ incocant. Et dicit Constl. q̄ tales vermes valent ptra spasmū et ptractionē neruoꝝ. Valent etiā ptra morsū serpentis. et ictū scorpionis. Et inter vermes quidaꝝ sunt qui omnino carent pedibus vt colubri et serpentes. et q̄dam sunt qui multos habent pedes vt centipedes. Et q̄dam sunt valde pernitiosi et nature hominis inimici vt serpentes et ceteri venenosi. Et sūt quidā anuloſi corpis q̄ nō habent neruos nec ossa nec spinas nec cartilagines nec sanguinē. et oēs tales si in oleo tinguūt moriunt. in aceto ꝺo reuiuiscūt vt dicit arist. et plu. Et sūt q̄dam vermes qui generant et generant. et q̄dam qui generant et nō generāt vt salamandre. et in talibus non est sexus. His et multis alijs modis vermes tam maiores q̄ minores variant.

Vermiculus est vermis modicus a verme diminutiue dictus quales solent in lignis et fructibus inueniri sicut Dauid. ij. Reg. xxiij. tenerrimo ligni vermiculo comparatur teredo vel terebucca ꝺr qui cum sit natura mollis lignum durissimū perforat. imo nihil est durius eo dū tangit. nihil mollius dū tangitur vt dicit glo. ibi. Vermis igitur precipue terrestris nascit ex humo et foliis et fructibus et lignis. finita hyeme procedit de viscerib⁹ terre tpe verno. salsa cauet et fugit. etiam aromatibus et amaris. candida non tangit vestes soliciꝝ lineas non rodit sicut tinea laneā vestem destruit et ꝺsumit. et

maxime illas vestes lineas assumit vermis quaꝫ carnes tetigit bene lu
pinus. Nam lana cito devorate a lupis tineas generat et pediculos vt
dicit aristo li. viij. et pli. li x. Vilis et mollis est vermiculus. q rotunꝰ subti
lia et gracilia sūt eiꝰ extrema q media grossiora. occulte mordet arboꝛē
et cōminuit. Ius ore q̄ pedibus se trahit vilis est. flexibilis et exanguis.
In omnibus vermib⁹ est sensus tactus et gustus vt dicit pli. li. xi. et lxxi. vñ
percepto sōnitu vel strepitu laffugiūt. inter sapores discernūt. amara enim
et salsa refugiūt. dulcia appetit ac sugunt. vñ dentib⁹ alij pre
dant. alij vngu bus et rostris ad necessitatē rapiūt. alij acumen excauāt.
alij sugunt. lambūt. fozbent. vomūt. mandūt. nec minor est varietas i pe/
dū ministerio vt raptant. distrahūt. premāt. pendeant. terram fodere nō
cessant vt dicit pli. ibidem sez li. x. ca. lxxi. ¶ De vipera.

Vipera genus est serpentis venenosū. de qua dicit yſi. li. xij. Vipe
ra est dicta eo q̄ vi pariat. nā cū venter eius ad partus intumue
rit catuli nec expectantes maturā nature solutionez. corrosis eiꝰ
lateribꝰ. cū matris interitu vi erumpūt. Dicit āt q̄ masculꝰ ore inserto in
os vipere semen expuat. illa āt ex voluptate libidinis in rabiem versa ca/
put maris prehendit. itaq; fit vt parens vterq; pereat. masculus dū coit
femina dū parit. Et vipera sūt pastilli q̄ trochisci tyriaci nominant. et q̄
bus fit tyriaca id est remediū contra venenū. De viperis dicit pli. li. viij. c.
xl. Vipera sola inter serpentes in terre cauernis se abscondit alij omnes
cauernas saxoꝝ aut arboꝝ se occultant. famem sustinent diutissime i for
ti hyeme intra terre viscera se recolligit et pus euomito veneno vsq; ad
veris tempora dormit. Cum aūt calore solis pozi terre aperiunt. vipera
expergefacta egredit de cauernis. Et q̄ visus ei⁹ ex longa mora cōtractus
in tenebris caligine. feniculi radicem vel herbam querit et ei⁹ suco oculos
sunt liberatos. et sic herbe gusta oculos acuit vt visū recuperet quē ami
sit. Est āt tria species vipere malie venenositatis. de q̄ dicit aristo. li. viij.
Tirus est siē tenebrica id est cocodrillus latet in hyeme. sed p⁹ expoliat
totū q̄ est circ oculos suos ita q̄ ille q̄ nō cognoscit hoc accidēs putat
q̄ ille cecus sit. vnde auferat totū capitis tota die. et sua expo
liatio est siē exitus embrionis. et sic renouat q̄ deponit senectutē. Item i
eodē inuenit in fine. Tirus q̄dem quē serp. ntes magni fugiūt q̄uis sit
parvus. et sūt pili supra totū corpus suū. et q̄ mordet aliq̄o putrescunt
ossa q̄ sunt in circuitu morsus statiz Et inuenit vnꝰ parvus tirus in india
et morsus eiꝰ est ita fortis q̄ non inuenit ibi ipm medicina. De vipera
dicit Ambrosius in hexameron omniū serpentium nequissimuz est genus
vipere que cum cupiditatē assumpserit coeundi murene reperit copulam.
pgreditur q̄ ad litus aque vbi credit murenulam latitare fibulo autem
vocat vipera murenulā et pvocat ad amplexū q̄ vocata statim adest.

vipera autē videns eā ad copulā ꝓparatā totū venenū suū euomit. et ad amplexū murenule tūc accedit. ꝑpleto ꝺo concubitu vipera venenum qꝺ euomuerat haurit itez et resumit. et sic cuz veneno resumpto reuertit ad cauernā. Vipera insup vt dicit plin. li. xxix. c. i. lapiꝺē quendam glutit qꝺ ꝑcipientes scithe viperā caute aperiūt et lapiꝺē extrahūt et eo vtunt̄ ꝺira venenū. Itē ibiꝺē quē draco vel aspis vulnerat et caput vipere ap positū vulneri sanat. Et econuerso quē vipera pungit caro aspidis attra hendo venenū vipere sanare ꝺicitur.

¶ Explicit liber decimusoctauus. Incipit decimusnonus. De coloribus ꝺoloribus et saporibus.

Scriptis ꝓpriet̄ibus rez spiritualiū ⁊ corꝓoraliū tam simpliciū qꝫ ꝺmixtaꝝ ꝓout ad manus nostras ꝓuenire potuerūt. Nūc postremo de qꝺbusdam accidentibus cor ꝓoraliū rerū substancias cōcomitantibus et cooperante ꝺiuina gratia est ꝰ attendendū. Primo de colore. scꝺo de ꝺoloze. tertio de sapore. vltimo de liquore. Color ē ꝺict⁹ vt ꝺicit ysi li. xviij. eo ꝙ colore ignis vl̄ claritate solis est ꝑfect⁹. Vel color a colendo est ꝺict⁹ eo ꝙ colant colores ad hoc vt sūme ꝑfectibiles sint et intime puritatis. Colores aut nascunt aut fiūt. de his quere ꝺ in fi ne de coloꝛib⁹. Est aūt color ꝺm aristo. in li. metheoꝝ extremitas ꝑspicui in corꝓe ꝺterminato. Rei enim corꝓalis visibilis superficies et termin⁹ coloꝝ ꝺifferentias quas recipit ex natura mixtionis elemēt̄oꝝ ⁊ ꝺominio i cor ꝓore ꝺpositi ꝺicit qꝫ mixto ꝑspicuo ꝺiaphano ꝙ actualē vnionē lucis radiantis sup ipsum terminabilē et ꝑspicui corꝓis superficiem visui repre sentat. Et ꝓpter hoc ꝺicit arist. in scꝺo de aia ꝙ color est motiu⁹ visus ꝺm actū lucidi. nā lux est act⁹ et ꝑfectio lucidi seu ꝑspicui. Naturā eni coloris in corꝓe mixto ex aliquibus elementi ꝺominio essentialiter existentis ꝓdu cit lux ad actū immutationis visus. Quātus eni color naturaliē et essen tialiē sit in mixto nō tñ hz potentiā manifestandi se nisi ꝙ lucē sup ipi⁹ su ꝑficiē actualiē radiantē. Nā color ad sui manifestationē sp indiget luce. ꝫ nō econuerso. qꝫ lux ad sui manifestationem nō indiget colore. sic color indiget luce actualr existēte vt luce mediāte coloris q̄litas visus organo imprimat. Et ideo posuerūt alīq ꝙ ratio visibilis radicaliē et formaliē ē in luce. qꝫ ipsa sōlata rei colorate q̄litas visui nō apparet. ſhabz aūt color actualem essentiam in tenebris vt ꝺicit omen. in scꝺo de aia de immutatio ne visus et coloris. nō eñ creat lux colorem cū in sua actualitate et ꝺomi nio elemēti sit in mixto. ꝫ lux extrinseca ꝺiffusa sup colorē et sup medīū ꝺis ponit ipm medīū ꝺādo ei formā ꝙ quā possit recipe spēm coloris. ⁊ nō ꝙ lucem sit ꝺispositiue vt in medio ꝙ ꝺeferē coloris ꝺifferētia ad orga nū visus vbi fit iuꝺiciū ꝺe colore. et ideo in tenebris remanēt colores in

siue essentie actualitate ſic expresse dicit omen. ſup ro ꝓspectiue li. i. c. vlt. q lux nō exigit ad visionē colorꝫ nisi in altera duarū causarū. aut qz sine luce nō extenduntꝫ forme colorꝫ in aere. aut qz si tūc extenduntꝫ nō operantꝫ in visū nisi p lucē. vñ ad existentiā coloris lux nō exigit. ꝫ tñ ad eꝰ manifestationē. et q̄nus nō manifestet in tenebris color. ꝓpter hoc nō erit sup fluus vel ociosus cū sp ꝓficiat suā naturā et substantiā. Et q nō videtur in tenebris nō est ex defectu coloris seo potiꝰ ex defectu a pte recipientis eo q nō habeat dispositionē quā opottet ipsū hre Si ergo alicubi dicūt autores colorez nō esse in actu sine luce intelligendum est de actu manifestandi q̄ ad visū. nō de actu existendi. Dnat itaq; lux extrinseca colores et decorat. et ipsos prius existentes in esse specifico visui manifestat. non tñ primitus eos causat. et hoc intelligo de luce infusa extrinsecus sup res. Nam virtus lucis celestis ad interiora rez inuisibiliter penetrans cooperantibꝰ quattuor elementorꝫ qualitatibꝰ colores procreat atq; causat et sic generatos et existentes in esse specifico supueniens lux visibilis clarificat nobilitat et oculis manifestat.

De materia coloris.

Est aūt ꝓspicuū bene terminatū materia coloris. et hoc est solum vel maxime humidū q̄m siccū et terreū in q̄ntū hmōi non est ꝓspicuū. siccū do igneū nō descendit de spera sua. neq; hic inferius intenit. q̄m sola forma ignis generat de potentia alicuꝰ elementi ex q̄ debet mixtū ostitui. vt pz ex libro de generatione. Illud g' perspicuū habz tres differentias materiales. qz aut ē materia subtilis. aut est grossa. aut mediocris. Si mediocris. tūc est humidū aqua multū abundans sup siccū terreū et sup humidū aereū deficiens ab humiditate aerea. vel erit aereū multū alteratū ꝓ siccū terreū ita tñ q excedat grossicie. Si aūt est sūtile sic est humidū alteratū ad naturā aeris siue humidū alteratū aereum. Si aūt est grossū tūc est alteratū ad grossiciem et siccitatē terre ita q excedit mediocritatē.

De materia coloris nigri.

Materia ergo coloris perspicui aut erit sicca p dominiū. vel humida p dominiuz. vel mediocriter sicca et humida. Si do dominet siccitas in materia. tūc si est actio caloris p dominiū generabit albedo qz calidū rarefacit et disgregat ptes materie et sūtiliat ac generat claritatē et ꝓspicuū. Et sm B dic arist. li. de aiaꝫ xix. q generat albedo ex paucitate humoris in materia sicca p dominiū caloꝛ agentis et sūtilitatis. sic pz in calce et ossibꝰ ebustis et aliis sumilibꝰ. Si do agat in materia dominās frigiditas tūc generat nigredo q̄m ostringit ptes materie sicce et ogregat ac oppilat sūstantiaz rei et odensat ac obscurat. Obscuritas aūt est ꝓuatio non solū lucis. verū etiaz coloris quēadmodū claritas est differentia coloris sicut lucis. quoniam est conditio visibilis simpliciter. et tūc magis terminatur siccum quod exigebatur ad generationem

albedinis.et sic inducit color niger. Si g⁹ sit humida materia tunc a calido dñante generat nigredo.qz calidū adducit ptes humidas⁹ assumit humidum quod exalat in fumum nigrum vt patet in lignis viridibus et humidis de qz extremis erit humor niger qñ exurunt vñ dicit aristo.liō. metho. Subtilia sūt q̄ hñt in pōtio humorē debilē q̄ non ꝑt resistere calori ignis nec tñ statim suffocat⁹.ꝫ poti⁹ alit ignē. vñ patet q⁹ humidus cā est nigredinis p caloris actionē quā calor agens exalare facit subtile et humidū aquosū et evaporare aereū et remanet q⁹ est terreū atqz grossū propter qđ oportet necessario vt nigredo generet. Dicit enī arist.li. metheor.tñ q⁹ natura terrestris ſbtilis. et claritas aque. et natura aeris faciunt albedinē in argento viuo.et ideo oppōsita istoꝝ inducunt nigredinē in ficco derelicto ex actione calidi in humido. Et sic dicit arist li xiir.q⁹ nigredo generat in oculo ꝓpter multitudinē humidi nam calor naturalis agens in humidū terminando et digerendo et exiccando in fine nigredinem derelinquit.

¶ De generatione coloris albi.

Si vero sit in materia humida et in illud vincat dominans frigiditas tūc albedo generat vt apparet in nive pruina q⁹ in canicie et in humorib⁹ flegmaticis. Quāto enī frigus aggreget humidū nō tñ sit siccū humidū cū tñ sit ꝑspicuū magis est aptū natus ad nobile esse coloris. ¶Propterea humidū oppressū parat ad sparsionē et partiū separationē Sic ät nō de ficco ꝓpter qđ magis parat. q̄uis p oppressionē ad receptionē claritatis et actionē q̄ sit siccū. et ideo ꝑt melius frigidū generare albū in humido q̄ in ficco Et sic intelligendū ē qđ dicit arist li. xiir.q⁹ albedo generat ex aere vaporoso id est declināte ad humiditatez aqueā.et hoc propter frigidi actionē De hoc dicit omen.q⁹ albedo generatur ex igne claro admixto cū elemēto valde diaphono. intelligendus est de claritate q̄ p transſūptionē albedo sepe⁹ ab arist.nūcupat.Sm q⁹ albedo dī generari in nubib⁹ ex refulgētia radioꝝ in eis si tenues fuerint Et sic etiā flāma aliqñ apparet alba qñ materia aeris est ſbtilis in aqua radiat vapor ignis.talis albedo nō est ꝓpria ꝫ poti⁹ transſūptiua. ¶Possemus tñ extenōe verbū omen.q⁹ dicit hoc de igne rōne ꝑspicui qđ ē materia ꝓpria albedinis.nō rōne sue actionis. Vñ hoc qđ dicit debet intelligi de igne q̄ debet esse materia coloris. et nō de efficiēte extra et sm hoc intelligit materialiter.nō effective.neqz formaliter.

¶ De gradibus inter albedinem et nigredinem

Sunt ät inter albedinē⁊ nigredinē multi gradus intermedij sm intensionē dominij tā q̄litatū actiuaꝝ q̄ passiuaꝝ sm esse debili⁹ et forti⁹ multipliciter et sm multos grad⁹. Qñ q̄to pl⁹ dñatur siccitas tāto cū maiori difficultate subtiliat et rarificat⁊ elucidatur.et sic difficili⁹ fit ꝑspicuū et p̄ sequens albedo eo q⁹ siccū est densum

re solidū inq̃ntū hmōi et obscurp. Quanto ho dominiuz ficci fuerit mīº et calidi maius fuerit dominiū tanto melº q̃ citº poterit albedo inde generari. Siliter q̃ siccitas fuerit maior et frigiditas intensior tāto magi. generabilē nigredo ex partiū opactione et extensione obscuritatis et priuatione claritatis et superficialitate terminationis ꝓspicui. Siliter est de humido. q̃nto enim maius fuerit dominiū humidi ꝓportionabilē obstructioni. dūmō sit dominiū calidi tanto maior erit fumus et caligo q̃ denigratio. q̃nto ho dominiū humidi sit maiº dūmō sit dominiuz frigidi ꝓportionabilē crescens erit siliter intētio albedinis. Si ho fuerit dominiū humidi magnū et parū de dñio calidi remittet nigredo. Siliter si sit deminuz humidi magnū et dominiū calidi paruū et frigidi paruū. remittet albedo. si ho fuerit dominiū humidi aliq̃ntulū. dominiū ho calidi maiº nigredo magna poterit generari. qñq̃z tñ calidū generat albedinē in humido vt ꝑz in albedine ouī cocti. et qñq̃z agens in lignis viridibº q̃ humidis relinq̃t cinēs albos pº finalē ēminū sue actionis. ꝙ tñ nō ē vera illa albedo qm̃ sp apparet in eo vestigiū ꝓspicui male ēminati ad modū superficiei crystalli clari. Et ꝟ apparet si scindat. licet nō ꝓtendat. hec ꝓspicuitas ꝓ mediū corpis paruitate simplr actualī est opleta. vñ ꝑz q̃ nō est vera albedo. vñ illa albedo derelinquit ibi ꝓpter debilitatē caloris agentis ita q̃ vincit frigiditas intrinseca et innata. Est ār albumen cocti albū. qz non tangit ab igne ꝓpter testū. q̃ si immediate tangēt. vtiq̃z in ipo nigredinē generaret. Ageñs insup calor in humidū primo generat nigredinē et fumū et vincēs humiditas inducit siccitatē in materia in quaz agit. et sic in illa inducta siccitate facit nouā transmutationē et generat nouū colorē in sōtiliatione sicci. Et licet calidū aggreget homogenia ꝓpter qđ ꝺpensat q̃ obscurat cū siccū hz aliq̃d sibi annexū de humido rōne cuiº ꝑt disgregare. Et hz in ꝓncipio agregat rōne dominij. tñ post aggregationē ipm aggregatū sōtiliat. qz eiº opatio spūalis ē sōtiliare materiā in quā agit dū mō sit sicca. Qđ dico ꝓpter ꝟ q̃ aliq̃d agit in humidū et extalat illuo. frigidū ho nō ordinat ad rarefaciendū. ꝙ stat in ipso actu ꝺēsandi tanq̃z in actu ꝓncipali q̃ aggregat tā homogenia q̃ heterogenia.

Si ho sit actio calidi et frigidi mediocriē ꝺcurrens in materia sicca tūc generabilē colorē mediº nīcario qz calidū sōtiliabit in generationē albedinis. Frigidū ho ecōtrario aggregabit eā in generationē nigredis. Cū gº in q̃libz puncto simul agant equaliter oportet q̃ se ducant in quolibet puncto sit albedinem et nigredinez. qz oportet q̃ fiat color ꝺpositus ex eis. Et iste plus debet habere de nigredine qz siccum minus se habet ad album q̃ ad nigrū propter priuationem perspicui et obscuritatem innatam. et plº se habet ad aggregationem et innate aggregationis cōseruationem q̃

De actione calidi et frigidi.

ad subtiliationem et rarefactionem. Si vero concurrant mediocriter in materia humida per dominiū de albo q̄z de nigro. q̄n humidus p̄ dominiū supergenerabit colo⁹ medius qui habebit plus ratione perspicui pari magis se habet ad albū q̄z ad nigrū. et respectu agentis frigidi facil⁹ se habet q̄z respectu calidi. q̄n calidū agit in humidū exhalando et cōsumendo frigidū vero solūmodo conseruando illud in sui natura per viā cōsolidationis et compactionis. Si vero sit materia mediocris tunc erit sem per color medius. Si vero sit i tali materia actio calidi per dominiū tūc q̄z potest facil⁹ humidū transmutari in nigredinē q̄z siccū in albedinē. generabit color plus habens de nigredine. sicut patet quando humidus et siccū diuidunt ad inuicem. citius generat color colorē nigrū in humidis et in viridibus lignis q̄z in lapidibus cōbustis in quibus calx generatur et consimilia. Si vero fiat actio frigidi per dominiū in materia mediocri oportet colorem esse medium compositū magis ex albedine. quoniā humidū se magis habet ad albedinē q̄z siccū ad nigredinem siue aliquez colorem. eo q⁹ in humido est materia perspicui q̄ est propria materia coloris. In sicco āt non in quantū hmōi. respectu vero agentis saltez vno modo est humidū obedientius sibi q̄z possibile est ꝓpter pmutationez solidatiua et auricici cuiusdam naturalis que est in sicco. Licet enim siccum de se sit natum congregari. non tamen ita bene congregabile sicut humidū vt p̄z in lapide qui licet substantia sit opacta non tñ facile recipit maiorē oppositionem a cā agente. Videm⁹ enī in multis q⁹ frigidū de facili producit albedinē vt in niue. quā nō tñ exemplariē q̄n agit in materia sicca. Si vo ocurrant mediocriter in materia mediocri fiet medium necessario qui erit eque distans ab extremis. Si enī q̄n est dominū solū ex parte agētis alteri⁹ vel solū a ꝑte materie accidit color oppositus ex altero magis tunc q̄n equaliter tam agentia q̄z patientia erit color se habens eq̄liter vt patz ex predictis. Et ita erūt due extremitates et q̄nq̄z medij. Nec videt⁹ q⁹ plurib⁹ modis poterūt medij esse distincti ꝑm spēm sic̄ declaratū est p̄ diffinitionē diuisaz p oppositā mēbra nec superflua nec diminuta. Aristo. etiā testat q⁹ nō sūt q̄nq̄z medij colores q̄z numer⁹ et sufficientia p̄t accipi p̄dicto mō. et etiā ex obinatione albi et nigri ad eoz generationē eo q⁹ nigrū et albū occurrāt eq̄liter ad oppositionē coloris medij. et tūc erit color eque distans inē extremos vt rubeo. Inē albū vo et rubeū nō p̄t esse nisi duo. vn⁹ magis approprinquabit albo q̄ ali⁹ min⁹ rubeo. Inē rubeum vo et nigrū erūt sūter duo. vn⁹ magis accedens cū rubeo. et ali⁹ magis cū nigro. ita plures nō p̄t ee intermedij q̄z inē albū et rubeū non p̄t esse aliq̄ eque distās simplr q̄z eque distāta simplr habz respectuz ad extremos. seo talis si ponerē haberet tres quartas albedinis et vnā nigredinis q̄n medietas rubedinis et vna ē q̄rta albedinis et vna q̄rta nigredinis

Eodem modo non erit equa distans simpliciter inter nigrū et rubeum q̄ re oportet q̄ habet tres quartas nigredinis et vnam albedinis. et sic esset ūa equa distantia ꝑm quid et ꝑm apparentiā et non simpliciter ꝑm veritatem.

¶ De speciebus colorū quot sunt.

Os autem colores quinq; intermedios nominat arist. primū vocans glaucū. scōm puniceū id est citrinū. tertiū rubeū. quartum purpureū. quintū viridem. Ita q̄ inter albū et rubeū erit glaucus a parte albi. Puniceus a parte rubei. Inter nigrū aūt et rubeū purpureus a parte rubei. et viridis a pte nigri. Hec nomina alio nomine vocant in greco vt kyanos purpureus. karapos glaucus. ꝛ de nominib⁹ grecis non est vis sed nomina latinorū attendunt. Et ratio diuersorū patere potest. q̄m glaucus magis habet de albedine q̄ de nigredine et rubedine. et talis color ponit in folijs cadentibus in hyeme vel autumno. Puniceus vero et purpureus circundant rubedinem quia vterq; habet plus de rubedine q̄ de albedine sed puniceus est magis remot⁹ a nigredine q̄ purpureus vt vult arist in sedo de somno et vigi. vbi loquit de corruptione istorū in nigredinē vbi puniceū ponit per purpureū modū declinare in nigredinē. et ideo oportet vt purpureū sit inter rubedinem ꝛ nigredinē. et puniceus inter albedinē et nigredinē. Ex quibus omnibus sequit q̄ idem debet poni cuz nigredine. Ex quo ꝑz ratio ordinationis istorū quinq; colorū intermediorum ꝑm aristotilem

¶ De opinione eorū qui ponunt lucem esse de substantia coloris.

Unt autem qui ponunt lucem esse de substantia coloris. et illi dicunt q̄ color est lux incorporata perspicuo. Habet autē perspicuū differentias istas. Lux enim perspicuū ē purū separatū a terrestritate aut impurū cuz terrestritatis admixtione. Lux aūt consideratur quadrifarie. q̄ aut est lux clara. aut obscura vt est pauca vel multa. Nec dico lucem magnam p subiectum magnū diffusam. sed sic de luce virtuali dē q̄ in puncto tolit lux multa vt q̄n opponit speculū concauū soli et lux cadens super totā speculi superficiem. in centrū spere speculi reflectit. cuius lucis collectio speculū inflammat ꝛ citissime combustibile generat. vñ cū fūgus vel aliud inflāmabile opponit subito accēdit et ignitur. Si igit fuerit lux clara et multa in puro perspicuo albedo generatur nam albedo est color ex luce multa et clara in puro generat⁹ vt dicit Dīb. Si vero fuerit lux pauca et obscura i perspicuo obscure nigredo necessario generatur. Et iste sermo explanat sermonem aristo. q̄ aūt rois qui ponunt nigredinē peruationem claritatis et albedinē habitum sue formā. Et ꝑm hunc sermonem ꝑz q̄ sunt septez colores ab albedine versus nigredinez paulatim accedētes. similiter septē erūt proximi nigredini a nigredine versus albedinē procedentes donec fiat occursus alic⁹

septem colorꝫ quibus ab albedine ad nigredinem descenditꝫ. Et hoc ꝯ
cū enim albedinis essentiā tria ostituāt scz lucis claritas q ei⁹ mīnuo.
ac pspicui puritas. duob⁹ mouentib⁹ pōt esse remissio. Erit igit̄ p hanc
modū triū colorꝫ generatio vel quolibet triū solo remanente duorꝫ reli
quorꝫ erit remissio. q sic ab albedine erunt septē colorꝫ immediate prodi
ctiones vel progressiones. Siīter a nigredine versus albedinē septē sūt
colores. et erūt ꝑm istam ōsideratione. xvi colores. duo principales scz al
bedo et nigredo. et xiiij. collaterales septē. hinc ꝑ extēsionē albi ad nigr
ascendentes. et septem illic a nigredine ꝑ remissionē ad albedinē accedē
dentes in medio in idem ocurrentes. In quolibet āt mediorꝫ colorꝫ sūt
gradus quasi infiniti ꝑm intensionem et remissionem maiorem vel mino
rem prout extrema se protendūt. Recollige igit̄ breuiter ex predictis q
Color ē ꝓprietas siue q̄litas derelicta i superficie corporis pspicui et na
tura mixtionis elemētariū q̄litatū ocurrētiū in medio. que mediante luce
visu actualiter presentat. nā sine luce media color organū visus actualit̄
nō immutat. color tū ꝑ se est visibilis vt dicit arist. sed non de aīa. nō est aūt
ex defectu sui sed potius defectu et impotentia organi q color sine actua
li lucis presentia non videt. Et ideo pitagorici vocauerūt colorē epipha
niam. s. supꝫ apparitionem. eo q sit extremitas corpis pspicui terminati
vel in eius extremitate et ibi magis ꝓprie est. eadē tū natura coloris ē in
tus et extra vt patet in albugine oui et in fracturis intercolorati vt dicit
in li. de sen. et sen. c. vij. Sūt multa tū que sunt vltra colorꝫ in extremo ex
trinseco et iniciali termino. et alterius intrinsecus in medietallio vt pz in
pipere nigro et in pomigrano. multa enim colorant rei superficiem que nō
penetrant ad interiora vt patet in picturis panni⁹ etiam rubeus ungit
aque extremitatē q̄n ei supponit. Vnde patet q color pspicui extremi
tas est vt dī in li. de sen. et sen. vij. Item sicut in corpore pspicuo non ter
minato vt aere p̄ sentia luminis facit actū lucidū. et absentia vo tene
brosū. sic in corpore terminato p̄ntia lucis facit coloratū. s. albū. et ei⁹ ab
sentia nigrū et tenebrosū. ita tū q nō omnino abstit lumen vt dī i li. de sen
su et sensato. Vnde verus color est in corpore terminato non pspicuo.
in corpe vo nō terminato nō est verus color ꝫ quasi color vt dī in eode
li. Item fit generatio colorꝫ mediorꝫ ꝑm suas differentias ꝑm diuersita
tē ꝓportionū. etiamsi fuerit in ser vel ꝑm alteras. Si aūt ꝑm ꝓportionem
et ꝑm inherentiā et diaphanū fit ite ꝓportionalis vel assimūt vt pz in
osonātijs vt ibidē. c. vij. Item fit generatio ꝑm ꝓportiones colorꝫ consо
nantiarꝫ q̄n sūt delectabiles. et q̄nto erunt magis ꝓportionabiles tanto
sūt delectabiliores vt dī ibidem. Item ꝑm alioꝝ opinionē generatio colo
rū mediorꝫ fit per suppositionē colorꝫ extremorꝫ inuicez vt manifestioris
big minus manifestū vt pz in picturis. sic sol videt ꝑ se albus ꝑ interpoſ

tionem nubis videt esse alterius coloris. Item apertiones oculoꝝ non fiunt per discursiones radioꝝ ab oculo seo potius fiunt per ptinuã multiplicationem coloris in medio vt subitam eius dilationem ad oculũ cõ. sensus fiat per contactũ vt ibi dicitur. Itez colores eque distantes possũt a longe distantibus apparere possunt medij colores cũ non sint. quia nulla pars rei sub extremo colore videri potest vt patet in panno diuersi coloris vt ibidem dr. c. viij. Itez medij colores generantur ꝑm similitudinẽ generationis mixtoꝝ cũ mixtibilib⁹. quasi mixtionem mixtibiliũ ꝑ transmutationem in formam ꝑmixti sequit mixtio colorũ vt sicut in extremis corporib⁹ generatur medius sic et extremis coloꝛib⁹ medius color generatur vt ibidẽ dr. c. viij. Item omnis color generat ꝑ albedinem a nigredinem que videt potius ꝑuatio esse albi q̃ color vt obscuritas est ꝑuatio lucis vt dr li. x. metapb. c. iij. Item vnitatem coloris in specie nõ oportet q̃ sequat vnitas nature vt dicit ꝑlbu. in differẽtia. Itẽ effectus coloris est immutare visũ ꝑm actum lucidi. nam per lucidũ color educitur de potentia ad actũ vt actualiter immutet organũ visus vt apprehẽdat speciem colorati et iudicet de re visa. Item color medius bene ꝓportionat⁹ delectat visũ et cõfortat. extremus vero color debilitat visum a ꝯristat vt dicit arist. nam intensa albedo disgregat spiritus visibilem et dissoluit oculũ. et oculũ lachrymare facit. Sed nigredo nimis intensa aggregando spũm et ꝺenſando visũ repugnit et obtundit. vt patet in diu inclusis in locis tenebrosis qui subito educti ad lucem pacꝭ aut nihil vident. Itẽ color rei colorate naturã et ꝯplexionem inducit. nã albedo et colores albi in corporib⁹ ogelatis nõ sunt nisi in substantia frigida. et nigri ecõtrario. qz frigus albificat substantiã humidã et denigrat siccam. Calor vero denigrat humidã et albificat siccam vt dicit arist. et auicẽ. Et ideo albedo que filia est frigiditatis indicat dominiũ fleumatis et frigidi et humidi humoris. Nigredo signũ est melancolice dispositionis a sicci humoris in corpore dñantis. qñq; tñ est signũ adustionis nimie aburentis humores et in melancolicã innaturalem ꝛmutantis sicut post dicẽt. Itẽ rerũ intrinsecas qualitates color extrinsecus manifestat. nã vt dicit auicẽ. color est q̃litas que ꝑficit a luce. Est enim color lux existens in potentia in corpe tenebroso migrans in actũ ꝑ lucidũ supueniens ab exteriori. Et hoc ꝓz sic. qõlibet eñ corpus ꝛmixtũ habet aliq̃o de igne in potentia a per ignẽ habet de lucido. cũ ipse ignis sit lucidus a natura. ꝙ illõ lucidũ velat a partib⁹ tenebrosis. vt solũ est in potentia. sic caliditas sulfuris vt ꝙ iperis. Unde sic corꝑ caliditas potentialis nõ migrat in actũ nisi ꝑ cõ similẽ qualitatẽ actualẽ extrinsec⁹ interiori cõparatã. sic lux potẽtialis in ꝑmixto. de tenebroso nõ migrat in actũ nisi ꝑ aduẽtũ luminis exterioris Color itaq; apparẽs extrinsec⁹ intensionez vel remissionẽ declarat ignis latitantis potẽ

latitantis potentia in pmicto. et sm hoc de ei⁹ actione et virtute iudicat
Item coloris ꝓportionalis varietas intuentis aspectū ad sui admiratio
nem et intuitū naturaliter excitat vt dic̄ pli. li. vij. et auicen. vnde dicit ꝙ
quelibet bestia q̄ncunq; sua varietatē coloris et pulcritudinē admi
rat in panthera. Jté cuilibet hominis faciem color maxime pulcrificat
vel deformat. nā color ordinat⁹ et suauis opletio ē pulcritudinis q̄ no
membroꝝ dispositiōi debite correspondet vt dic̄ auic̄. Unde dic̄ augus.
ꝓpulcritudo est elegans corporis habitudo cū coloris suauitate. ꝙ econ
trario color cōfusus et incompositus euidens est in corpore turpitudo.
Item color passiones et accidentia anime preconsat. subit⁹ enim pallor
et dic̄ coloratio indet est timoris. nā reuocato calore ad interiora corpo
ris superficies ocp auperat a sanguine. et sic p ōsequens discolorat. Sic
subit⁹ rubor in facie ig⁹ est percussiō dic̄ iracūdie q̄ furoris et ꝟ accidit
ꝓpter calorem petentē exteriora et cutis superficiem rubificantē q defendē
ab illata iracundia vel iniuria cupientem. Item color materiā ītā seu sō
stantiā terminat p icit et informat. qz si calor in subiecto nō eēt qualis fo
ret ri substantia visui nō appareret. Item color materie sup̄ficiem ornat
et eius deformitatem palliat et occultat. Unde color ꝓpositus inē extre
mo a medio. in superficie corporis ordinatione suppositus informitatis
accidentaliter vel naturaliter in materia dereliēte est operculū vt dic̄ aui
cen. Item color lucis se ofōrmat. et velut filia matri se eius actui ofigurat
vnde cū intensa luce color acuit et incendit. et cū remissa remittitur et he

Jt aūt in coloribus ¶ De coloris mutatione Cheraē
coloꝝ mutatio multiplici de causa vt pz in fructibus et graminī
bus et in alijs nascentib⁹. iNā primo nascunt fruct⁹ virides vt pz
in vuis et in moris. deinde rubescunt tandem pallescūt vel nigrescunt. et
illi⁹ coloris accidit varietas ex varietate caloris naturalis vel solaris va
rio modo sōstantiam fructus decoquētis et digerentis. Primo enim ca
loris actio est debilis et lenta insufficiens dissoluere et rarificare gtes ter
restres. et ideo in eaꝝ sup̄ficie apparet color viridis et indigestus sez ac
terrestris. Deo paulatim vigorat calor naturalis et per adminiculū ca
loris solaris. et ideo fortius digerit et ꝓpter eius intensionem coloriz na
tū in fructus sup̄ficie derelinquit et tandem opleto fructu et maturo et
humore pontico ac terrestri pfecte digesto ex adustione color niger in su
perficie generat. nā predominās sup̄ terrestritatez ipsa dissolut et deco
quit et digerit et ītū necesse est in sōstantiā fruct⁹ accipit ac ouertit. qō
ꝺo reliquū est vel cōsumit vel a se repellens ad extremas partes ducit et
transmittit et talis reiecta fumositas cū sit terrestris superficiem inficit q
nigredinis vel glaucitatis vestigiū in fructus generat sup̄ficie et relinq̄t
sic oī sūg li. vegetabilū in omento. nā tales colores ex se actionem et na

turam frigiditatis precedentes sepe etiam in rebus calidissimis genera
tur ex eadem causa scz ex calore interius dñante fumositates terrestres
vel aqueas ad extrinseca repellente vt dicit Alphredus sup li. aristo. de
vegt. et plant. In reb⁹ etiam sensibilibus fit coloris mutatio nūc in cute.
nunc in oculis. nunc in pilis. nunc in vngue. Nam color cutis fit duobus
modis vt dī in iohannicio. aut fit ab interiorib⁹. aut ab exterioib⁹. Ab
interiorib⁹ aliqñ fit ab humoribus aliqñ ab anime passionib⁹. Ab interi
oribus itaqz mutaī color in cute. aliqñ p humores calidos aliqñ p frigi
dū. nā ꝙuenit humores calidos tā opositos qz simplices frigefieri. et eti
am frigidos vel infrigidatos calefieri. et ꝑm hoc solet in cute color vari
ari. nā qñ frigidi humores calefiunt albus color mutaī in citrinitatē vel
in rubotem. Qñ vero calidus frigescit color rubeus mutaī in albedinē
vel pallotem. et sic de alijs intelligendū est. Jtē ab interiorib⁹ anime pas
sionibus mutaī color. nā rubicundo⁹ fit pallidus ex angustia vel timore.
qz in timore cor stringit et calor ab exteriotibus ad interiora reuocaī. q
ideo exteriora pallescūt. ita similiter pallid⁹ fit rubeus ex ira. qz in ira cor
dilataī et extendit ad vindicte appetitū. vñ et calor subito impetuose ab
interiorib⁹ ad exteriora cōmouet. vñ et cale fit sanguis intercutaneus et
exinde ruboz subito generaī ab interioribus. etiā fit color niger in mau
ris. et albidus in alemannis. Nā mauritania que ē regio in ethiopia ca
lidissima in qua ꝓpter calorem otinuū sanguis aduriī intercutaneus et
denigraī sic adustus. a cutis denigrati sanguine diffusione intra cutem
q carnem omnia membra generaliter denigranī. Unde primus ethiopi
am inhabitans denigratus sic est. sed postea cooperante calore solis cō
tinuitate primi illius habitatoris viciū in posteris ꝓpagauit q ex nigro
patre et ꝑsimili matre nigri fetus generaliter nascerenī. Seo hoc solum
habet locū vbi solis adustio otinue efficit generantes. Et ideo in regioni
bus temperatis et ad frigiditatē declinantib⁹ ethiopes generant in co
lore filios temperatos vt dic̄ Macrob. et etiā arist. q auicen. Econtrario
vero scon et alemanni frigidas inhabitant regiones et iō frigiditate po
ros exteri⁹ ꝑstringēte calor ad interiora reuocaī. et ideo exteriotis pus
corporū superficies dealbaī. Hec ois narrat omen. sup Job. Jdem etiam
narrat arist. Jtem mutaī color cutis et maxime hois multis alijs de cau
sis. qñq ꝓpter oplexionis malignitatē vt patet in melancolicis ꝓpter ni
miam et superexcedentē caliditatē vt est videre in colericis qui citrini sūt
coloris Propter solis calorez et aeris siccitatē vt patet in itinerantibus
et nautis. propter humoꝝ corruptorū intercutaneoꝝ expassibilitatez vt
otingit in morphea et in lepra. propter oppilationem epatis et fellis dis.
temperatā qualitatē vt accidit in ictericia que ē caloris naturalis in fel
litū q viciosū colorē tranimutatio vt dic̄ Constan. Propter solutionis

cutis contin.

cutis ptinuitatē vt pz̄ post variolas et cicatrices varias vel vsturas
Considerat etiā color in pilis et in capillis. nāz ꝑm qualitatē fumositā
a corpe resolutoꝝ variat color capilloꝝ. nā ex flegmate fiunt albi ex
sanguine rufi. ex naturali melācolia glauci et colēa adusta nigri. et ex
defectu etiā caloris naturalis fiūt canu vtz in senib⁹ Et qñ can⁹ color incipit in radicib⁹ capilloꝝ accidit ex flegmate abundante. qñ vero ab extremis incipit signū est q̄ accidit ex defectu caloris naturalis qtere. ℨ. in tractatu de capillis

De colore in oculis

Attendit postea color in oculis. Nam vt dicit Johānic⁹. Colores oculoꝝ sunt quatuor scz̄ niger subalbi⁹. varius et glaucus. Claritas aūt oculoꝝ istoꝝ accidit ex spirit⁹ visibilis claritate vel obscuritate. vel ex cristallini humoris puritate vel ꝑfusitate vel albuginei humoris suꝑfluitate vel turbatōe. vel ex vnice tunice humoris indigentia vel suꝑfluitate. nam si humor cristallin⁹ fuerit pauc⁹ in quātitate vel fuerat intrinsec⁹. et albugineus humor deficiat vel turbet. vel si abundet humor niger tunice vuee. Istis oīb⁹ occurrentibus vel aliquib⁹ ipoꝝ niger color in oculo generat. Subalbi⁹ vero ex causis fit ex tarnā. Glauc⁹ vero et varius accidit ex mixtione rez̄ q̄ faciūt albedinem et nigredinē et in glaucitate aliquantulū nigredo in varietate albedo aliquātulū plus abundat. sed de his quere. ℨ. in tractatu oculoꝝ. Color etiā in vnguib⁹ denotat. nā eoꝝ color debet esse subalbidus specularis et ꝑspicuus. q̄qꝝ aūt mutat iste color in luiditatē vel emulū colorē et tunc diuersas pretendit passiones vt patet. ℨ. in tractatu de vnguib⁹

De coloribus in particulari

Nunc de coloribus in particulari dicendū est. et primo de albedine que videt medioꝝ coloꝝ esse precipuū fundamentū. Est aūt albedo color ex luce clara et multa in puro et ꝑspicuo generatus vt dicit algazel. Nā quāto materia perspicui est purior et lucidior tanto albedo erit intensior et nigro ingenitior. Est aūt causa materialis albedinis ꝑspicuū puꝝ in oīi terrestri feculentia impermixtum nunc siccū nūc humidū. Causa vero effectiua est vel calidū vel frigidū. Nā materia si fuerit sicca ꝑ dominiū et calor agens in ipa fuit ꝑ dominiū. generabit tūc albedo ꝓpter rarefactionē et subtiliationē partium materie ac clarificationē vt caloris vtz in cōbusto esse et in calce. si vo fuerit materia substantialiter humida et in illa dominās frigiditas generatū erit albū vt patet in nive et pruina. generat aūt albedo ex aere vapozoso declinante ad humiditatē aqueam vt dicit Arist. lib xix. de animalib⁹. et hoc per frigidi actionē. nā frigus albificat humidum ma-

rriam et denigrat ficcam. Calor vero humidam denigrat et ficcam de
albat. Item albedo generat ex rarefactione aeris vt patet in spuma. et
ideo aque calide generant pilos albos quare albedo non est nisi ex ae
re vaporabili retento in membris. et ideo qz albedo ex acre calido z va
porabili ideo animalia sūt alba sub ventre vt dicit aristo. li. de ialium. xix.
Diffusiua ãt habet virtutem respectu visus z spiritus sensibilis disgrega
tiuã. et iõ si fuerit nimis intensa corrũpit visũ et facit oculos lachrymari
omniũ colorũ incrementũ. In illo melius fundant colores medij qz i al
bo. Et quanto albũ est intensius qõ substernit tanto adheret fortius ca
lor qui supinducit et linit siue rubedo fuit siue nigredo. ad albedinem ve
ro pertinent candor. albor. pallor luor siue flauor. flauum enim et luridũ
idem sm vnã significationem vt dicit aristo. in. c. de sapore. et dicit q luri
dũ est flauũ qz flauus sequit materiã albi. Multas alias species assignãt
medici circa albũ vt est color aqueus. laceus karapos id ẽ albidus vel
subpallidus. Et variantur sm diuersas materias tenues vel grossas in
quibus radicant in li. vse. theoph. tii. constan. egidij de vrnis. ¶ Candor
est albedo intensa multũ habens in se lucis in forma vt pure perspicuita
tis in materia nã fulgor lucidi puri perspicui superficiem informans et per
ficiens. et intuentis aspectũ sine organi lesione immutãs. et cũ quadã sua
uitate ad sui intuitũ extrahens oculũ et allitiens candor nuncupatur. Illõ
enim candor dr qõ primo potest sine corruptione sensus ab albedine per
actũ lucidi ab oculo comprehendi. nam albedo que consistit in extremis
a sensu nõ videtur. subterfugit enim sensus iudiciũ. qz multa res sub extrẽo
colore videri potest. Cũ enim colores extremi insensibiles sm se ꝓpter sui
paruitatez vt dr in li. de sen. et sen. c. vij. Qõ ergo primo placet sensui de
albedine post eius extremum candor dicitur.

¶ De colore glauco et flauo.

Color flauus qui z glaucus dr generatur ex albedine mixtus inter
sa accedente aliquantulũ ad rubedinem. z generatur sm auicen.
in materia temperata nõ simpliciter sed respectu viridis coloris.
Nam vt dicit idem viridis color in plantis mutatur in glaucum in autu
mno qñ enim in foliis est materia glauci et grossa paulatim p accessionẽ
consumitur. nec tamen omnino destruitur vel destituitur a calore eleuan
te materiã. licet frigus dominetur. frigus vero dominans in materia me
diocri generat mediũ colorẽ necessario. et qz potest medi' trãsmutare hu
miditatẽ qz siccitatẽ ideo generat colorẽ mediũ habens de albo magis
cuiusmodi est glaucus vt dicit omen sup li. arist. de plant. in fine. Iõo in
quit quedã arbores viridescunt in estate pallescunt in hyeme vt burus. ha
bet enim burus viscosum humorem. in radice aũt multã habet liquidaz
humiditatẽ. et ideo nõ cadũt folia sed aduenient calore prouocatur hu
mor ad

mor ad exteriora quia tactus caliditate fit viridis. seu veniente frigiditate repercutiē humor et abundat siccitas. et fit color glaucus. vnde respectu coloris viridis in quo est plus de materia dicit glaucus habere ma/

¶ De pallido colore ¶ teriam temperatam

Color pallidus et eisdem causis generat. frigiditas tñ minus est intensa. et plus accedit albedo ad nigredinem in materia grossiori. Est igit̄ pallor color medius ab albedine incipiens et degenerans in nigredinem. Generat etiam accidentaliter vt ex timoē. solicitudine nimia. et labore. et ex causis alijs quibus calor ad interiora reducit̄ et corporis superficies propter sanguinis depauperationem pallescit. et decolorat̄. vt est videre in nimis dormientibus et somniculosis. et in hominib⁹ amorosis qui pre amoris magnitudine estuātes dilatati cordis spiritus euaporant propter quos nutrimentū et restaurationem natura calorem ab exterioribus ad interiora reuocat. et sic superficiem cutis et per subtractionē caloris sanguinis discolorat. iuxta illud ¶Palleat omnis amans hic est color aptus amanti. Et eadem de causa macerati fame vel immoderato exercitio et labore et propter dsumptionem caloris sanguinis expal/

¶ Rubeus color est color ¶ De rubeo colore. ¶ Iescunt. medi⁹ ab extremis nigredis et albedinis eque distās. q̄ i superficie corporis perspicui resultat p incorporationē clari luminis ignei atq; puri. Ad cuius generationem cōcurrunt materie pspicuitates. ignei luminis claritas. et albedinis atq; nigredinis cōcors mediocritas. Tamen ꝓpter igneam lucem partes mixti perspicuas dilatantem et rarificātem ac subtiliantem maiorē habet in translucentia dformitatem tam cū albo q̄ cū nigro. et ideo intense rubeū ad modū lucidi disgregat visum. nec aggregat sicut nigrū. Propter qđ pannoꝝ venditores pannos rubeos suspendūt ante lucem vt videntes alios pannos coloratos propē rubedinē spiritū visibilem disgregantem minus valeant colorū discernē veritatem. Pretendit autem generaliter rubedo dominiū calidi in pmixto. q̄ius aliq̄n inueniat superficialiter in naturaliter frigido vt est vidē in rosa que naturaliter siue substantialiter frigida est et sicca seu quia sōtilissime est substantie innatus calor quem habz ex compositione fugiēs dominium frigidi petit exteriora que inueniēs subtilia et humida ad ea mutandoz transmutat ea superficialiē in colorem rubeū qui actioni ignis potissime simulatur ¶ De croceo colore.

Color croceus puniceus et citrinus differunt parū nisi fm remissionem albedinis et nigredinis intensionis. aliquantulam autem admixtionem. et fm aliquantulam intensionem caloris et frigiditatis remissionem. Secōm autē q̄ color talis in materia subtiliori ac magis pspicua radicat magis nitidat et apparet. fm ꝺo q̄ materia magis

ſt terreſtris ac groſſa minus claret. talis aũt color intenſione ſignificat caloris temperati et non eſt excedẽtis q̃ntũ eſt de ſignificatione coloris. ſm varias tũ ſubſtantie diſpoſitiones varias pretẽdit ſanitatis vel mor bi ſignificatõnes diuerſas corporis habitudines ꝙ complexiones vt pa tet in li. ysa. de vrinis. Nam citrinus color adunctus cũ ſubſtantia tenui in vrina inuenis colerice complexionis pretẽdit ipſam ſanum. In fleuma tico ac melancolico ſignificare poterit varias infirmitates vt dicit egidi us verſus finem in tractatu de vrinis. ca. xiij. vbi dicit. Eſt multis tenuis citrina referta figuris. Fleumaticiq̃ iuuenẽ vel quem niger afficit humor Condemna tricham duplici ꝛc. Unde vn⁹ ꝙ idem color diuerſa et aduer ſa ſignat ſm diuerſitatem ſubſtantie cui copulatur.

Color croceus plus tingit liquo ¶ De colore croceo.
res et humores q̃ citrinus. et ſignificat caloris intẽſionem et diſ temperantiam ſanguinis in epate per coloris admixtionẽ vt pa tet in idericijs. quoꝝ vrina eſt crocea in ſpuma. et oculi ſunt croci. et cu tis feda et citrina. Aues aũt calidiſſime complexionis ꝙ colerice vt aues prede extrema habent crocea vt pedes atq̃ roſtra. quod accidit ex ſup abundantia colerici ſumi et calidi quez reiicit natura ad extrema propẽ quod colorant. de hoc quere ſ̃ in li. de morbis. c de idericia.

Color minius idem eſt quod coccinus ¶ De colore minio.
ac vermiculus rubedini propinquus et affinis. rutilans et reſplẽ dens quaſi ignis. multũ enim habz in ſe ignee lucioitatis. et etiã ex parte materie perſpicuitatis propter quod color eſt viridis relucens multũ et acutus. Materia enim minij ẽ terra que diſcerpitur in litore ma ris rubri. que tante eſt infectionis et rubotis ꝙ ex eius diluuione totum mare tingit et in colorem minij cõmutat. vnde ab illa infectione mare ſu periotis egypti rubrum appellatur. Et in illis terre venis rubre gemme inueniunt. Hec de terra primo optime depurat. deiccat tandez inter la pides ſubtiliſſime commollit. et cũ claro ouj diſtemperatur. Et hic color pictoribus ſcriptoribus. lucrũ nõ modicũ adminiſtrat. nã inde libros or nant. capitales literas inde formant. fines ac principia ſententiaꝝ ac ver ſuuz diſtinguũt minio atq̃ ſignant. Acuitur q̃q̃ ſuco herbe cuiuſdam q̃ coccus appellatur. et ille color rutilat quaſi ignis. et ideo ab illo ſuco coc cũ nominat. et tali colore plus vtũtur tinctores veſtiũ q̃ ſcriptores. So lebant etiam antiqui acuere miniũ cũ ſanguine cuiuſdã vermis. ſicut acu itur purpura cũ ſanguine conchilis. et ex tali acumine primitus ab anti quis vermiculus nuncupatur vt dicit yſi. vbi tractat de coloꝛib⁹. Eſt au tem color vehementiſſime adherentie poſtq̃ fuerit materie incorporat⁹. ita ꝙ inde vix poterit poſt deleri. Si quis pergameno abradere conté perit. vel abluere niſus fuerit vix tantum abluet vel abradet quin aliqđ

vestigium poſt inueniet.

De puniceo colore.

Puniceus color est color circundans colorem rubeū. sicut purpureus plus habens de rubedine q̄ de albedine. plus tamen declinat ad albedinem q̄ ad nigredinem. purpureus autē ecōuerso affectus est rubeo sed magis declinat ad nigredinem q̄ ad albedinem. Unde dicit arist. in .ij. de som. et vigil. q̄ puniceus per purpureū transit in nigrū. vn de post rubedinem victuitatem habet ad nigredinem. Inuenīt tur aūt in mari quedā conchile admodū parue que in extremitatibus cuiusdā pīscis emittunt guttas sanguineas que recollecte purpuras tingūt et colores rubeos acuūt et incendunt. vnde talis sanguis in quātitate recolligitur. et vasis ac cannalibus tinctor̄ officio aptis. et cū alijs coloribus reponitur cuj⁹ quibus tingitur sericū et quo texitur pannus purpureus vnde regis gloria ostenditur vt dicit Gregorius super canticorum capitulo septimo

Color viridis generatur actione caloris in materia mediocri vergente tamen ad dominiū humidi vt patet in folijs. fructib⁹ et herbis et ideo generabitur color multū habens de nigredine. non tamen pertingēs totaliter ad nigredinem. Et admixtione enim remissi albi vt glauci q̄ intensi nigri et in superficie humidi viriditas generat. quando calor agens in materia non potest adurere humidum nec ad plenum decoquere vt totaliter in nigrum conuertatur. Unde viriditas in herbis et in fructibus signum est crudi humoris et indigesti vt dicit Auicen. Et hoc patet quia color viridis in plantis et in fructibus mutatur in glaucum in autumno quia in folijs et in herbis ē multa materia humida et grossa que per actionē caloris paulatim consumitur. nec omnino destituitur a calore in materia eleuante licet frigus dominetur. Et iō quedam arbores virescunt in vere et in estate. in hyeme vero vl̄ autumno pallescunt quia aduenīente caliditate vernali prouocatur humor ad exteriora qui tactus caloris fit viridis. sed aduenīente frigiditate repercutitur humor et abundat siccitas et fit color glaucus vt dicit commentator super .i. Aristo. de plantis in fine. Est itaq̄ color viridis medius inter rubrum et nigrum generatus. q̄ hoc patet per transitum colere rubee in melancoliam innaturalem. Colera enim cū fit rubea transit in melancoliam que est nigra mediante colera innaturali scilicet eruginosa et prasina que viridis inuenīt. Et ideo color viridis maxime delectat visum propter concursum partiū ignearum q̄ terrestrium nam luciditas ignea que in viridi est temperata delectat visum. Dēs etiam terrea siue nigredo cum non sit in extremo mediocriter spiritum visibilem aggregat et confortat. Et ideo nullus est ita delectabilis visui sicut viror. vt patet in smaragdo qui oculos sculpentium gem/

De colore viridi

mas et metalla maxime reparat et ꝺfortat vt dicit ysi.c.de lapidibus ꝓ ciosis Sūt aūt viridia folia plante ⁊ gramina terrestrium in quib⁹ radi cant tanq̄ in materia et cetera terrenaicentia ex dominio partiū et vir te ignea tanq̄ ex causa effectiua que dissolut terrea et subtilat et rarefa cit.⁊ sic attrahendo eaꝝ fumos ad extrema tingit herbe superficiem colo re nō nigro nec rubeo sed viroꝛe.nā nigredo temperat rubedinis dīgre gatiuā claritaté.et claritas incorporata nigredini ipsam reducit ad me diocritaté.ex dominio ergo partiū terrestriū et igneaꝝ viridis color ge neratr.Et ḡuis folia.fructus et gramina virescūt flores tñ virides raro vel nunq̄ inueniunt.qō accidit propter subtilitatez materie floꝝ.in qua si predominantes partes fuerint aque et aeree erit color albus. si vero aquee cū igneis prevaluerint erit color glaucus vel pallidus aut citrin⁹ Si aūt preabundauerint ignee ptes cū aereis erit color roseus .cūi fuerit prevalentes partes aquee cū terrestribus erit color blauus vel violac⁹ Si aūt eque prevaluerint ptes ignee cū terrestribus posset quidem fieri color viridis vel niger.sed talem omixtionez subtilitas materie floris vī rarefactio nō admittit.et ideo flores nō virescūt generalr nec nigrescūt Est ergo color viridis inter rubedinem medi⁹ et nigredinē delectans vi sum et ad sui aspectū oculorū attractiuus. acies visus ꝺfortatiuus et tem peratiuus. Vnde cerui et animalia agrestia alia loca virentia diligūt ⁊ frequentant.non tñ ꝓpter pastum verum et propter visum.et ideo vena tores viribus vestamentis semper se inuuunt.quia propter aspectuz viro ris quem bestie naturalitér diligunt minus venatorum insidias expauē scunt vt dicit Ysaac. ¶ De colore liuido.

Color liuidus ex partibus aqueis ⁊ terrestribus predominantib⁹ generat̄ ī Nam talis color in rebus habentibus humorez grossū et frigidū generat vt patet in viribs et plumbo plumbū tñ natu raliter est albū cuius superficialiter sit liuidum. vnde ex eo fit cerusa vt di cit omen sup.iij.methe. Vnde color liuidus signū est frigiditatis domi nantis qz liuidus color in vina est signuz extensionis naturalis calotis et mortificationis animalis sicut dicit egidi⁹ liuida membroꝝ aut mem bri monstrat humorem mortificati. Signat enim mixtas alias passiones sic sequit̄ paruus enutritheus medius morbus qz caducus.achites sino chus vene ruptura catarrus.coste pulmonis vicuz dolor articularis.cō sumptiua ptis extinctiua caloris sint tibi liuoris cause

Color ergo liuidus ¶ De colore liuido

est malus in animatis corporibus.nā vel signat dominiuz frigo ris caloré naturalem extinguentis et naturā mortificare inchoantis.vel superabūdantiā melancolici sanguinis coloré olo et cutis sup ficiem viciantis vel cordis angustiaz.calorem sanguinis ad interiora re

nocantis vt ꝑz in liuidis vel dolorē casus siue ꝯcussionis sanguinem in/
tercutaneū corrūpentis vt ꝑz in fustigatis in quib⁹ humor intercutan⁹
ꝑ malitiā corrupt⁹ cuti infert corruptionē et infectionē vt dicit expositor
sup. i. c. li. ꝑsa. sbi vulnus liuore ē. Vel signat spiritū et vigoris naturā
caloris defectionem ꝛ depauperationē vt ꝑz in ydropicis ethicis et cō
sumptis vt dic Egidius. Signat etiaz dolorem articularem. nā dolor ar
thenticus ꝓpter neruoꝝ sensibilitatem in quibus radicantur. minus ē do
lorosus. propter qō confluit spiritus ꝛ humores ad locū doloris, ꝓpter
qō alij humores remanent minus calidi et ꝑ ꝯsequens colorati. Omnes
autē causas liuiditatis enarrare nō expedit in presenti opusculo. sed tan
gere solū. ad memoriam reducere expedit que a maioribus nostris copi
osissime sūt tractata. Raro aūt memini liuorem signare aliqō bonuz nisi
prius viride vel nigrū operatione nature mutetur in liuidū. ꝛ de liuidita
te in rubeū siue citrinū. nā tunc signū est ꝙ natura contra morbū victori
am obtinet et triumphū. Unde egidius prius si post rubeus videat cō/
surgit cerebri natura vigor reparatur.

Color indicis siue veneris est co
lor blauius liuiditatem excedens in pulcritudine et viroze. plus
habens aquositatis et aereitatis admixtuz cū partibus terrestri
bus et vnitū qz qui liuidus. et talis color est celestis ꝓpter dominiū aeri
tatis in superficie perspicui materie sez pure et transparentis. vt patet in
saphiris orientalibus et iacinctis. talis etiam color reperitur in lazurio.
Sed de hoc quere ꝫ in tractatu de gemmis et de lapide lazuri.

¶ De nigredine

Nigredo est priuatio albi in perspicuo. sicut amarum est priuatio
dulcedinis in humido. Unde videtur ꝙ albedo est prima origo
colorū. sicut dulcedo est principium saporum vt dicit aristot. in li.
de sensu et sensato. Idem dicit arist. li. xix. Color niger non est nisi priua/
tio claritatis. Generatur aūt nigredo ex luce pauca et obscura in perspi
cuo et obscuro et impuro incorporata. Et ideo nigredo est spiritus vi
silis aggregatiua et eiusdem repercussiua. propter quod ledit visū et he
betat quando nimis est intensa. vt patz in diu incarceratis qui exeuntes
de carcere parum vident. Fundatur autem nigredo quandoqz in substā
tia humida et calida quia caliditas dominans denigrat substantiam hu
midam vt est videre in lignis humidis et exustis. Quandoqz in substan/
tia ficca et frigida. quia frigiditas dominans substantiam denigrat sic/
cam. et humidam facit albam vt dicit Auicen. Unde nigredo quando/
qz causatur a frigiditate. et est signum mortificationis. Quandoqz a ca/
liditate. et tunc est signū adustionis. et ideo nigra vrina diuersa ꝑt signa
re et aduersa. sicut dicit Egidius. qñqz enim signat solutionem quartane

et sic pretendit sanitatem. aliq3 signat adustionem et mortez vt in acuta febre. Unde egidi' dicit. Nigror vrine facies incōmoda febris Quartane soluit. mortē p̄dicit. q vrie In febre. fert mortē nigra fetida paucula pinguis ⁊ Cūt ḡoam colores picture operibus ogruētes. quoz quidā in venis terre nascunt vt sinopis rubrica meliū auripigmentum et hmōi Quidam arte componuntur. ¶ De sinopi

Sinopis est color rubeus in ponto primitus adinuentus iuxta sinopim ciuitatem a q̄ nomen sic accepit vt dicit ysi. li. xvij. Huius species tres sunt. prima rubea et minus rubens. et inter has media vt dicit idez Rubrica que dr rubea proxima colori sanguineo vt dicit idem. gignitur in plurib' locis. ⁊ optima est in ponto. vnde et pontica

Sinicum pigmentum est vnde fit ¶ De sirico ¶ Cappellat. color phenicius. quo libroz capita scribunt. Et colligit in litoribus rubri maris in phenico. et inter ficticios hic color reputat. eo q̄ fit aliq̄n ex sinopi et sandice simul mixtis vt dicit ysi.

Minium est color rubeus cuius materiam greci ¶ De minio apud ephesū primo inuenerunt. In hyspania hmōi pigmentū pre ceteris regionibus plus abundat vt dicit ysi. ¶ Cinobrium

Cinobrium q̄ greci cinabarin dicūt a draconе et a barro elephante est vocatum. Putt enim draconū esse sanguinem cum implicant elephātes. ruunt enim belue et dracones obtruūt quoz fusus cruor terram inficit. fitq3 pigmentū quicqd solo tinxerit. est autem pulvis coloris rubri vt dicit ysi. ¶ De prasino.

Prasini creta est viridis. vnde fit color viridis sicut porrū. crescit aūt optima in libia cyrenensi vt dic ysi. Crisocana est vena prasini coloris sic dicta q̄ cū ea aurum sic dicit inueniri. hec in armenia crescit. sed p̄babilior est que crescit in macedonia. Fodit in metallis eris cui' inuentio argentū atq3 indicū prodit. Mā vene eius cū his hūt natura sotietatem vt dicit ysi. ¶ De sandaracha.

Sandaracha nascit in topazon insula maris rubri. Et est coloris cinobrij. sed odoris sulphurei. Inuenit ōr in metallis aureis ⁊ argentеis et est tanto melior quāto ruffior. et quanto plus sulphuris est q̄ius et cerusa si in fornace torreatur in sandaracham conuertatur. Cuius color est flammeus q̄ si torreat equaliter cum rubrica et omixta sandicem reddit vt dicit ysidorus. ¶ De arsenico

Arsenicum auripigmentum dicitur ob colorem auri. colligitur in ponto ex aurata materia. Quod in aureum colorem transit purius est. ⁊ quod graciles habet venas pallidius est petius auricas De hoc quere supra in tractatu de venis terre de auripigmento.

Occa nascit in topazion insula. vnde et sandaracha. Fit cū qñq; et occa adusta rubrica mollis nouis luto circumlinitus que quanto magis in camino arserit melior fit vt dicit Isidorus. De indaco.

Indacum in cannis indicis limo inficis inuenit spuma adherente limo. Est aūt colorus pileri et aerei mixturam purpure et cerulei mirabile reddens Et altez genus in purpurarijs officijs spuma innatans quā ostractores detrahunt et deficcant vt dicit ysi. De atramento.

Atramentū dictum est eo q̄ fit atrum. cuius species necessaria est quotidiano vsui picture. et inter fictitios computat. Fit enim et fuligine multis modis sup ardentes tedas. huic pictores cū aqua miscent gluten vt illustrius resplendeat. Quidā enim carbones sarmentorum veterū tritos cū glutino addūt. alij fecem vini nigri cruunt. Multis etiam fit alijs modis vt dicit ysi. Cū atramento aūt temperat incaustum q̄ acutū habet aūt multas virtutes vt patet in plateā. Quere ſ. de venis terre li. xv. De melino colore.

Melinus color est candidus cuius materia inuenitur in melos insula. est vna de cycladibus. et ideo melinus est dictus vt dicit ysi dorus propter nimiam autem pinguedinem pictores eo non vtuntur vt dicit ysidorus. De stibio

Stibium est color fictitius vel factus ex cerusa et quibusdā alijs mixtis. cum quo mulieres facies suas sophisticant et colorant.

Cerusa ex vapore fortis aceti tabulas plumbeas sup sarmenta alba locatas pfundentis generat. quere ſ. de plumbo Sodē mō fit ex viride hut calcantū q̄ ppt̄a viride grecū vocat. ſ. ex vapore fortis aceti eneas laminas perundētis nam et aceto corrūpitur eris superficies et conuertit in eruginem et inde color viridis. pcreat. Valet ad carnem mortuam corrodendam. De purpurea.

Purpurea a puritate lucis est dicta quia in his regionibus gignitur ei⁹ materia quas solis cursus illuminat proprius et illustrat. Hic color lachrymis sanguineis effluentibus a quibusdam codeis ferro diuisis acutē et melistrat vt dicit Isidorus Alij et alij colores multi Crus li. xii. in. c. de tinctoria.

Sunt tam simplices q̄z compositi quibus vtūtur pictores et tinctores. sed iam dicti sunt nobiliores. et ideo nūc de eis sufficiat. De his omnibus tractat plini. li. xxv. c. xiij vsq; ad. xxviij. Et ysidorus li. xvij et xix. Dicuntur autem tinctores pannorum et lanarum ob nitoris gratiā coloratores vt dicit Isidorus lib. xix. Pictores vero sunt imaginum et rerum similitudinum picture artificio expressores. Est autem pictura dicta quasi fictura. Est autem imago ficta non veritas. Hec et figura

dicitur a quodam colore ficto est linita nihil habens fidei et veritatis. Unde et sūt quedā picture que corpa vestimētis studio coloris excedūt et fidem dū augere ostendūt ad mendacia prouehūt sicut qui chimeram effigiem pingunt. Picturam autem egyptij primitus inuenerunt umbra hominis lineis circundata. deinde simplicibus coloribus et post diuersis sic qz paulatim ars ipsa se distinxit et inuenit lumen et differētias colorū ac umbras. Et nunc pictores prius quasdam lineas umbras future imaginis ducūt. deinde colorib⁹ complent. inuente artis ordinez ad huc sequentes vt dicit ysiō. li. xviij. in. c. de picturis.

De odore.

POst colores de odoribus est dicendū. Odor itaqz est fumosus vapor a substantia rei resolutus qui mediāte aere cerebri attractus est sensus olfactus immutatiuus. nā odor immutat olfactum. quēadmodū color visū. vel sonus auditū. vel quēadmodū sapor gustū. Proprīū enim ē sensuū a suis sensatis et obiectis pprijs immutari et delectari in eis ac perfici si fuerint medij. contristari vo et destrui si extremi vt dī in li. de sen. et sensa. Est itaqz odor rei pprietas sensu fumo medio preceptibilis. Ho hoc autem q odor perficiat et informet in organo sensus quattuor ad minus requirūtur. scz. caliditas resoluens. materie subtilitas actioni caloris resoluentis obediens. aerea puritas deferens. nerui vel cerebri sformitas vaporem resolutū nature sensu prepiendo admittens vel abhorrens. Calor igitur resolutens fumos vaporabiles causa odoris est efficiens. vapor resolut⁹ est materia obediēs. qualitas vo fumi resoluti aeri deferenti se incorporat et in suā similitudinem ipsū alterat et informat. informatus vo aer q̄litate fumi neruo odorabili cito se applicat et sibi incorporati fumosi vapotis similitudinem representat. cuius oplexioni si similis fuerit miro modo cerebz recreat et delectat. Si vo ecōtrario inficiat contristat et ideo aromatica que ꝓportionem oplexionalem habent et aromatică cuz natura ipsam reparant atqz iuuant. fetida vo ex causa otraria aggrauant q molestant. Calor itaqz resoluens odorem efficit. et econtrario frig⁹ constringens odorem impedit et prescindit. qz mouendo ad centrū subtiles substantie vapores p aera se diffundere nō ptittunt. ꝓter qō nec sterq̄ linia fetent in tpe hyemali sed potius effluali. Similiter substantie varietas seu subtilitas obediens caloti resoluentis odorem causat. Ecōtra vero grossities materie odotis diffusioni obuiat et repugnat vt patz in lapide cui⁹ naturalis opactio et frigiditas sūt in causa qz neqz redolet neqz fetet vt dic auic. Tertio aeris ostantia pfert sensibilē ad odorē. nam si rarus fuerit et subtilis defacili fidem odotis materia. f. fumū vapotabilem recipit fz ꝓter ei⁹ euanationē et rarefactibilitatē pmanē in se eius redolentiā longo tempore nō ptittit. Econtrario vero si densus fuerit

aer et compressus vapor liquidē et bonos et malos tardius recipit. seō post eoꝝ impressionem ipōs euaporare ita defacili nō permittit vt dicit ioem. Quarto organi q̄litas seu dispositio ad odoris iudicium potissime operat. si vero fuerit neruus sensibilis in quo recipit olfact⁹ vel male cōplexionatus vel lesus casu aliquo seu corruptis humoribus oppilatus vel omnino puertit vel ſtrahit iudiciū odoris ¶Primū patet in melācolicis et alijs male complexionatis qui loca fetida diligūt. odorifica vero et aromatica fugiūt. ¶Scōm aūt patet in mutilatis qui neruos sensibiles q̄ odorabiles habent lesos. et idco odores nō sentiūt. ¶Tertiū aūt manifestū est in pilosis et leprosis qui naribus et viciosis humoribꝰ oppilatis inter odoriferū et fetidum vix discernūt. ¶Fumus igit̄ a rei substantia resolutus materia est odoris. vñ ꝑm varietatē fumi odoꝝ differētia variat. Distinguit aūt ysaac in dictis tres species fumi. est em̄ fumus quietus et quasi nullꝰ motus in aere vt fumus a lapide resolutus qui eius complexionez non declarat positiue sed per priuationē odoris et absentiā ipsū habere substantiā grossam et frigidā manifestat. ¶Est et alius fumus habens vehemētem motū in aere. et hoc accidit ex calore resoluente substātiā que si fuerit valde pura et defecata. erit odor valde aromaticus et suauis. vt ꝑz in muta et musto et in ambra. ¶Si vero fuerit substantia impura multis faecibus intermixta erit odor malus et nature horribilis. ¶Et hic odor diuidit duplicit̄ in grauem salsum et fetentem grauis odor ex calore adhuc naturaliter se habente in aliquo q̄ iam corrumpi incipiente vt patet in piscibus diu recentibus sine sale. ¶Est tertio fumus mediocris a calore mediocriter resolutus. et ille vel est a pura substantia vel impura. si ex pura erit mediocriter aromaticꝰ vt patet in pomis. violis. q̄ rosis. ¶Si aūt fuerit ex substantia impura ꝑtim erit fetidꝰ vt ꝑz in aloe et absinthio et sulfure. ¶Causat itaq; aromaticus a calore ꝑtes subtiliores et puriores resoluente aere ipsaꝝ fumos ad cerebrū deferente sicut fetor vel grauitas ex eodez partes grossiores et corruptiores a rei substātia dissoluente effectiue generat. vnde pro isto effectu ex actione caloris ꝓsequēte omne aromaticū calidū ab autoribus solet dici. multa enim sūt substantialiter frigida vt ē vidē in aceto. camphora et rosa. que tñ sentiunt aromatica. et hoc fit ꝓpter substantie eoꝝ puritatez cuiꝰ partes subtiliores resoluunt et diffundunt in aere ꝑ calorem. ¶Sūt aūt due odoꝝ extremitates. aromaticꝰ. s. q̄ fetidus. inter quos etsi inueniat odor recte mediꝰ et eque distās ab extremis ꝑm rationem vel ꝑm intellectū nequaq; tamen actualiter recipit ꝑm sensum. vnde dicit ysaac in dictis. ¶Odoratus non percipit mediocres odores. sicut nec pisces percipiunt mediocres colores. ¶Carent em̄ pisces palpebris propter quod spiritus visibilis continue dispergitur. vnde nō sufficit ad mediū coloris perceptionem. ¶De odoratu quoq; eadem est ratio

